FRIDER. IAC. BASTII

SERENISSIMO MAGNO DVCI HASSIACO A CONSILIIS IN LEGATIONE, QVAE PARISIIS EST, ORDINIS BENE MERENTIVM HASSIACI EQVITIS, BIBLIOTHECAE AVLICAE DARMSTADIENSI PRAEFECTI DESIGNATI, INSTITVTO IMPERIALI FRANCICO EPISTOLARVM COMMERCII CAVSA ADSCRIPTI

EPISTOLA CRITICA

AD VIRVM CLARISSIMVM

IOANN. FRANCISCVM BOISSONADE

SVPER

ANTONINO LIBERALI, PARTHENIO ET ARISTAENETO

CVM AVCTORIS EMENDATIONIBVS ET ADDITAMENTIS MANVSCRIPTIS E LINGVA GALLICA IN LATINAM VERSA

A

CAROLO ALBERTO WIEDEBVRG

ARTIS MEDICAE CVLTORE INSTITVTI PHILOLOGICO - PAEDAGOGICI IN ACADEMIA HELMSTADIENSI COLLEGA

CVM TABVLA AERI INCISA.

LIPSIAE cIↃIↃCCCIX
IN LIBRARIA WEIDMANNIA.

PRAEFATIO INTERPRETIS.

Ad novam epiſtolae huius criticae editionem adornandam Illuſtris Auctor verſionem quoque latinam pertinere cenſuit. Vt enim Pariſiis ad amicum lingua ibi vernacula commode ſcripſerat, ita ipſi, quum epiſtola ſenſim in librum excreviſſet, quem ab exteris paſſim expeti compertum habebat, aequum iuſtumque viſum eſt, lingua eum prodire viris doctis per Europam communi. Acceſſit, quod officina Weidmanniana, de libris, qui non in diem ſed ſaeculis ſcribuntur, inprimis merita, ad hunc quoque, ſi latinus redderetur, redimendum parata erat. Quapropter Auctor, cui, quae ſemel ſcripſerat, eadem iterum alia lingua ſcribere neque animus fuit

neque otium, Bredovio, V. Cl., tunc forte Pariſiis commoranti atque cum ipſo amicitiam contrahenti, verſionem in Germania per aliquem harum literarum amantem curandam demandavit, qui ad nos redux me ad eam excitavit. Me vero ad ſuscipiendum munus honorificum et praeceptoris pie colendi auctoritas et laboris in me ipſum redundans utilitas movit. Nimirum utile putabam ſtudiis meis philologicis, arti medicae coniunctis, in ea, qua epiſtola haec critica inſignis eſt, eruditione ac diligentia verſari, eamque, quantum fieri poſſet, aemulari. Quid enim graece doctius, quid grammatice accuratius ſcribi poteſt? Quid ad commendanda haec ſtudia eſt fortius viri inter agendas res magni momenti publicas ſubſeciva tempora eidem literarum generi tribuentis exemplo, hodie rariſſimo? In veſtra tempora delatus mihi videbar, Jo. Francisce Poggi, Jo. Reuchline, Jane Rutgersi, Hugo Groti, Nicolae Heinsi, Ezechiel Spanhemi, et qui praeter hos in le-

gationibus publicis de antiquis auctoribus immortaliter meruiſtis. Non meum eſt enumerare, quot loca trium, quibus epiſtola praecipue deſtinata eſt, auctorum et data occaſione aliorum emendata ant nova luce illuſtrata ſint, quot vocabulis et loquutionibus graecis vera forma, poteſtas et uſus reſtitutus. Qui de his literis recte iudicare et poſſunt et volunt, in iisque nihil, quod ad veram lectionem aut ad accuratam linguae cognitionem pertinet, cura indignum putant, iam priori editioni iuſtum pretium ſtatuerunt; nunc vero, quae emendanda videbantur, ſunt emendata, quae recidenda, reciſa, quae addenda, addita. Miſit Auctor Ill. multa ad me, ſuo quaeque loco inſerenda, quae quum quavis fere pagina occurrant, tum in non paucis ſunt ampliora.

Equidem igitur in eo potiſſimum laboravi, ut ad literam verterem, quae magnam partem ad literas pertinerent, ne quid ex tanta diligentia mea culpa perderetur. Et quam-

quam mihi non licuit, quae ſcripſi, dum typis exſcriberentur, reviſere, non tamen errata, quae lectionem multum impedire poſſint, irrepſiſſe, ſperare me iubet vir doctiſſimus, qui ea corrigendi curam humaniſſime ſuſcepit. Stilum ſi linguae franco-gallicae ingenium a romana interdum averterit, id facile accidere in verſionibus, praeſertim interpretibus ad hunc laborem ſe primum accingentibus, harum rerum arbitros ſpero eſſe recordaturos et condonaturos. In votis habeo, ut opera mea tum operis Auctori a me in primis colendo, tum aequis lectoribus probabilis videatur.

Scripſi Helmſtadii a. d. XII. Cal. Mart.
A. MDCCCIX.

F. I. BAST

I. F. BOISSONADE

VIRO CLARISSIMO

S. P. D.

In maximis, quae mihi Parisiis commoranti contigerunt, commodis numero, quod ad Tuam, Vir Amicissime, cognitionem aditus mihi patefactus est. Nimirum occupationum nostrarum literariarum similitudo, graecarum litterarum amor et nescio quod singulare studium utrumque nostrûm ducens ad Aristaeneti epistolas illustrandas, quas francogallice vertere Tibi olim fuit animus, equidem denuo edendi consilium, post *Specimen* a. 1796. typis submissum non abieci, me excitarunt, ut, cum primum Parisios venissem, Te convenire meum ducerem. Ex quo cum amici facti essemus, diu desideravi occasionem meum in Te animum publico aliquo documento declarandi. Cuius voti hodie compos factus mitto ad Te hanc epistolam, qua animadversiones criticas in ANTONINI LIBERALIS, PARTHENII et eius ipsius, qui primo nos vinculo coniunxit, ARISTAENETI scripta Tecum communicare constitui.

Ut vero de ANTONINO etiam LIBERALI et PARTHENIO ad Te differam, inde fit, quod codices manufcriptos horum auctorum excellentes, quos bibliotheca francica adfervat, poft primos autem editores nemo confuluit, ante aliquod tempus infpexi et examinavi. Ad ARISTAENETUM quod attinet, has ad Te fcribendi obfervationes ex nova epiftolarum editione, quae anno proxime praeterito Viennae Auftriacorum, cura POLYZOISII KONTOU V. Cl. prodiit, anfam arripui.

Codex ANTONINI LIBERALIS et PARTHENII in eorum numero eft, qui olim ex bibliotheca Palatina Electorali, quae Heidelbergae erat, in Vaticanum, nuper in Galliam, ut cimelia bibliothecae parifienfis augerent, translati funt. Scriptus eft in membrana et omnino e praeftantiffimis codicibus graecis, quos umquam vidi. Literarum forma tam in textu quam in parvo notarum in margine adfcriptarum numero eft elegantiffima et propius abeft in fcholiis marginalibus quam in textu a quadrata; quod fcholiorum, quorum litterae tantum non omnes maiusculae funt, lectionem non parum impeditam reddit. „*Nonnihil me torfi*“ inquit GUILIELMUS XYLANDER (ad Phlegontem Trallianum p. 317.) „*in legendis fcholiis ob rariffimam et obfcuriffimam characterum ab ufitatioribus discrepantiam.*“ Scriptum effe codicem puto ineunte feculo decimo: nam docente PARQUOIO (PARQUOY), viro in dignofcendis antiquis codicibus verfatiffimo, animadverti fimilitudinem characterum, quae intercedit inter hunc et eum codicem, qui inter veteres

huius bibliothecae millesimus octingentesimus septimus est, Platonis opera continens. Atque licet mihi eiusdem similitudinis causa provocare ad eiusdem philosophi opera manuscripta, quae exstant in bibliotheca vindobonensi sub Nro 54, cuius codicis character animo meo eo clarius obversatur, quod primus fuit inter manuscriptos graecos, quem a principio ad finem perspexi et cum aliis contuli.

Sed redeamus ad codicem nostrum, non magis antiquitate omnibus notis externis probata, quam interna ratione praestantissimum. Varia quae continet opera, non ipsa solum cura sunt dignissima et maxima ex parte accuratissime scripta aut correcta, sed pleraque non exstant nisi in hoc uno codice, qui propterea fons est plurium editionum.

Antequam vero ad scopum huius epistolae primarium pervenio, non alienum fore puto, si singularum partium eius indicem Tibi proponam, illo, quem Fridericus Sylburgius in catalogo manuscriptorum graecorum bibliothecae palatinae inserto a N. Miegio *Monumentis pietatis et litterariis virorum in re publica et litteraria illustrium selectis*. Francof. 1701. 4. exhibuit, exactiorem et paullo ampliorem. Cf. de hoc libro Niclasii *praefat. ad Geopon.* p. x.

Codex num. 398 insignitus constabat olim 331 foliis quartanis, quorum tria priora perdita sunt ante longum, ut videtur, tempus. Continet haec XIX opera.

I. Periplus Ponti Euxini et Paludis Maeotidis auctore anonymo. Hoc opus in hoc solo codice

repertum ab initio mutilatum eſt. Deſcriptum eſt a SALMASIO, cum codex adhuc Heidelbergae habitaret[1], et inſpectum a LUCA HOLSTENIO, poſtquam Romam translatus erat. Apographon SALMASII[2] venit in manus ISAACI VOSSII, a quo primum editum eſt cum SCYLACE CARYANDENSI *Amſtelod.* 1639. 4., iterumque a IAC. GRONOVIO in *Geographicis antiquis. Lugd. Batav.* 1697. 4. et in *Geographiae veteris Scriptoribus minoribus. Oxoniae.* 1698. 8. Vol. I. in fine.

Auctor anonymus multis locis exſcripſit opus metricum, cuius iam ISAACUS VOSSIUS magnum numerum verſuum veriſimiliter ad περιήγησιν SCYMNI CHII pertinentium reſtituere conatus eſt. Alio tempore poſt editionem VOSSII a. 1684. THEODOR. RYCQUIUS in lucem emiſit Lugd. Bat. (apud Iac. Hackium) *Notas et caſtigationes poſthumas Lucae Holſtenii in Stephanum Byzantium,* ſubiungens (p. 374—85) „SCYMNI CHII *fragmenta* περιηγήσεως *hactenus non edita cum verſione latinâ Lucae Holſtenii.*“ In praefatione fol. 4. ab init. dicit: „*Unde haec fragmenta deprompta fuerint, et quâ auctoritate Scymni Chii nomen ferant, cum ſaepius ab amicis Romae quaeſierim, nemo dicere valuit.*“ Conſtant vero haec fragmenta maxima ex parte locis auctoris anonymi. IACOBUS GRONOVIUS (in Dedicatione *Geographicorum antiquorum*) ex hac ſimilitudine cenſet, verſus hos non ex manuſcripto

---

(1) Vid. Is. CASAVBONI *epiſtolae ed. Almelov.* p. 307.
(2) Vid. CLAVDII SALMASII *epiſtolae.* p. 276.

aliquo esse desumtos, sed ab ipso Holstenio ad textum anonymi compositos, more fere Isaaci Vossii. Quam tamen opinionem reiicit Dodwellus, vir doctus acerrimique iudicii (ad Geogr. min. vol. II. p. 102. 5.), omnia fragmenta Scymni Chii reperta esse in codice aliquo a veritate propius abesse iudicans, his ductus rationibus:

1. Lucas Holstenius, homo spectatae fidei, adfert in notis ad vitam Pythagorae a Porphyrio scriptam versus aliquot ex his fragmentis ut ineditos Scymni Chii; cum vero versus, quos re vera ipse fecisset, pro versibus Scymni vendidisse, non est credibile.

2. Gronovii suspicio pertinere nequit ad 75 versus posteriores, quorum ne vestigium quidem apud Geographum anonymum exstat.

3. Ordo fragmentorum diversus est ab ordine Peripli; accuratissime vero congruit cum dispositione περιηγήσεως, quantum ex prima, quam habemus, parte cernere licet. „*Scymnus ipse,* inquit, *a freto orsus Gaditano sinistrorsum oras legit, respondetque hic idem ordo in Ponto etiam Euxino, quâ quidem Scymni* περιήγησιν *e Codicibus habemus manuscriptis .... Contrarius ordo est in auctore Peripli anonymo, qui oris dextrorsum lectis ad fretum progreditur, etiam in Euxino Ponto, Gaditanum.*" Cum autem ordo fragmentorum conveniat cum parte altera περιηγήσεως, ad veritatem proxime accedit, universa fragmenta debere codici manuscripto a Luco Holstenio fortasse in bibliotheca aliqua reperto.

Ex mea opinione DODWELLUS ſeſe non ſefelliſſet, ſi ei contigiſſent argumenta ad iudicium ferendum ſufficientia. Cum igitur poſt eius disquiſitionem non alia, quantum ſciam, inſtituta ſit, me gratum Tibi, Amice Doctiſſime, facturum eſſe ſpero, dum Tibi rationes proponam, quibus ductus contendam, HOLSTENIUM ipſum fragmenta haec ex libris orationis ſolutae manuſcriptis, quos conſulendi data ipſi eſt copia, in verſus redegiſſe.

1. Verſus, quos laudat in Obſervationibus ad vitam Pythagorae (Romae 1630) p. 117. ducti ſunt, ut 161 priores fragmentorum, ex noſtro Periplo. Ceterum a. 1630 omnino erant inediti; nam editio Voſſii non prodiit ante annum 1639. Pro certo affirmare poſſum, HOLSTENIUM cognoviſſe noſtrum codicem. Is enim ex eo deſcripſit typisque ſubmiſit commentationem ARRIANI *de venatione,* quae locum Periplo noſtro proximum obtinet. Praeterea Scymni fragmenta offerunt, ut deinde apparebit, omnes bonae notae lectiones manuſcripti, a quibus editio Voſſii haud raro differt, et exceptis quibusdam minutiis, veluti transpoſitionibus vel eliſionibus ad verſum conſtituendum neceſſariis, nihil ibi reperitur, quod non idem exſtet in auctore anonymo. Vid. quae dicturus ſum ad pag. 4. l. 25. et HOLSTENII *caſtigat. poſthum.* p. 335. *in voce* Ὑλέα. Non ſine cauſa igitur credo, HOLSTENIUM duxiſſe haec fragmenta ex noſtro codice, nec dubito, quin illa ad hunc unum codicem numeris ſint accommodata. Cuicunque enim paullo familiarior eſt codicum antiquiorum notitia, is vix a ſe impetrare pot-

erit, ut credat, verſus 161, qui apud auctorem ſolutae orationis hinc inde latent, in alio manuſcripto metro ita incluſos reperiri, ut neque aliquid grave omiſſum, neque additum deprehendatur.

Scymni autem Chii nomini Holstenius hos verſus ſine dubio propterea inſcripſit, quod anonymus plures adfert e principio περιηγήσεως, quare ceteros eiusdem eſſe auctoris autumavit. Ceterum περιήγησιν, ab Hoeschelio editam et repetitam ab Erasmo Vindingio, non ab origine metricam fuiſſe nec Scymni nomine inſignitam conſtat. Vid. Dodwellus l. c. Vol. I. p. 158. Attributa erat in codice mſto, ex quo ab Hoeſchelio in lucem emiſſa eſt, Marciano Heracleensi (3), ſub cuius nomine Scymnum latere non niſi ab aliis auctoribus hoc nomine, ubi περιηγήσεως mentionem faciunt, utentibus didicimus. (Vid. Dodwellus Vol. II. p. 94.) Deinde ad eam, quae nunc eſt, formam adornandam opus erat, ut numeri in codice non bene ſervati reſtituerentur. Holstenius igitur in minoribus fragmentis idem egit, quod Hoeschelius in maioribus; neutrique quicquam vitio dandum eſt, niſi quod compoſuerunt magnum numerum verſuum malorum.

---

(3) Commentarii liter. (Journal des Savans) a. 1789. menſe Apr. continent commentationem bonae frugis pleniſſimam auct. de Sancta-Cruce (de Sainte-Croix) *de nova editione Geographorum minorum.* Cuius commentationis auctor doctiſſimus p. 679. ex epiſtola inedita Lucae Holstenii ad Peirescium haec adfert: „Anonymi poetae περιήγησις ad Nicomedem, Bithyniae regem, iambico carmine ſcripta, cui ineptiſſime Marciani Heracleotae nomen praefixere, quod ſine certo nomine in manuſcripto Marciani περίπλῳ ſubiungeretur etc.“

2. Verſus 75 poſteriores non anonymo noſtro, qui eorum ne minimum quidem veſtigium exhibet, deberi, manifeſtum eſt. — Unde vero deſumti ſunt? DODWELLUS a. 1703. eos ab HOLSTENIO ita deſcriptos eſſe e codice aliquo, ut ſunt editi a RYCQUIO, arbitrabatur; nec mirum eſt, eum illo tempore non aliter ſenſiſſe. Sed poſt annum 1712. ad unum omnes (4) ducti haberi potuiſſent, ſi cui id in mentem veniſſet, ex alio codice HOLSTENII, quem edere conſtituerat in collectione fragmentorum geographicorum, quae non prodiit (Vid. FABRIC. *Bibl. gr.* Vol. IV. p. 664. ed. Harleſii), quem denique tamen HUDSONUS publici iuris fecit tertio volumine *Geographorum minorum*. Si DODWELLUS, qui a. 1711. in vivis eſſe deſiit, non ignoraſſet hunc anonymum, de manuſcripto, quod perhibet, ſententiam certe mutaſſet et fortaſſe quod GRONOVIUS coniectura quodammodo vaga adſumſerat, argumentis probare ſtuduiſſet.

3. Poſt ea, quae hactenus dixi, ordo, qui alius in Periplo, alius in περιηγήσει HOESCHELII eſt, ne minimam quidem difficultatem parare poteſt. HOLSTENIUS differentiam hanc animadvertens Scymni Chii opus totum edere, eique fragmenta ſubiungere conſtituerat. (Vid. FABRICIUS l. c. p. 663.) Debebat igitur ordinem peripli multum immutare et illi, quem auctor ubique ſecutus eſt, accommoda-

---

(4) Verba πέντε ἡμερῶν ὁδὸν Εἰς Πόντον (v. 193. et 194.) uncis incluſa ſunt. Quod oſtendit, illa non eſſe ab HOLSTENIO inventa apud anonymum, ubi omnino deſiderantur. Vid. Geogr. min. Vol. III. p. 10. Addidit ea ex Herodoto, quem auctor ipſe nominat.

re. Sed quare nihil de his omnibus dixit? Explicaſſet ſine dubio rem, ſi editionem perfeciſſet aut certe fragmenta haec ipſe in lucem emiſiſſet. Sed impreſſa ſunt, ut ſupra vidimus, poſt mortem eius; Rycquius autem nihil recepit niſi textum graecum et verſionem latinam; praefatio et notae, ſi unquam ſcriptae ſunt, aut perierunt aut fortaſſe in bibliotheca aliqua cum materia, ex qua Holſtenius ſyllogen illam conſtruere voluit, adhuc ſepultae iacent.

Periplo noſtro cum fragmentis Scymni curate comparato ſententiae meae aliquid obſtare videatur, quod ipſe indicabo. Holstenio ſi volupe fuiſſet, dixerit aliquis, hos verſus facere, ſine dubio loca anonymi omnia numeris accommodaſſet, in quibus id facili negotio fieri poterat. Sed exſtat locus p. 14. l. 1. ſqq., qui ſine ulla mutatione in verſus duci poteſt hunc in modum:

Αἶμος μέγιστόν ἐστιν ὑπὲρ αὐτὴν ὄρος,
Τῷ Κίλικι Ταύρῳ τὸ μέγεθος προσεμφερὴς
Τῇ τε κατὰ μῆκος τῶν τόπων παρεκτάσει·
Ἀπὸ γὰρ Κροβύζων, τῶν τε Ποντικῶν ὀρῶν
Ἄχρι τῶν Ἀδριατικῶν διεκβάλλει τόπων (5).

---

(5) Retinui hunc verſum non admodum elegantem, quod talem ſe offert in mſto et quod re vera ignoratur, Scymnus bonosne verſus an malos fecerit; nam omnes, quos habemus, et quorum plurima pars, ut ſupra dixi, incondita eſt, non tam ab ipſo, quam ab editoribus profecti ſunt. Proinde mihi certe licebit non peiores facere, quam iſti fecerunt, et admittit metrum comicum ſaepius verſus non ad amuſſim elaboratos i. e. *iambos ſenarios paullo liberiores*, ut Heynius V. Cl. dicit, de verſibus Scymni loquens. (*Apollod.* t. I. p. 405.) Verſu meo non contenti eum facili negotio emendare poterunt reciſo articulo et facta transpoſitione; qua licentia editores ſaepe uſi ſunt:

Ἀδριατικῶν ἄχρις διεκβάλλει τόπων.

Hi verſus iam a Vossio in notis p. 58. (ed. a. 1639.) laudati non exſtant inter fragmenta a Rycquio edita. Quodſi vero Holstenius, dicat forte quis, anonymi codicem legiſſet, verſus illi eum fugere non potuiſſent, cognitos vero collectioni ſuae ſine dubio inſeruiſſet; quod cum non fecerit, ſequitur, ut fragmenta ſua non ex hoc periplo, ſed ex alio quodam manuſcripto, cui verſus illi deerant, transſcripſerit. Ad quam obiectionem equidem haec habeo quae reſpondeam: Holstenius hos verſus, quos quisque primo intuitu agnoſcit, et ipſe ſine dubio animadvertit, ſed cum Scymni ordinem ſequeretur, illos intra fragmenta recipere non potuit. Agunt enim de monte Haemo, de quo auctor loquitur in fine fragmenti maioris, editi ab Hoeschelio. Reperiuntur verſus poſteriores huius fragmenti apud anonymum noſtrum et adeo completiores, quam in manuſcripto Hoeschelii. Itaque opus erat, ne quid ex divina arte, in noſtro periplo diſſimulata, perderetur, verſus de monte Haemo non fragmentis minoribus, ſed parti *περιηγήσεως* praecipuae inſerere; nec dubitandum eſt, quin inſertum eſſet, ſi Holstenius plenam, quam animo conceperat, Scymni Chii editionem perfeciſſet.

Sed ſatis de fragmentis huius Geographi. Hoc unum tamen addendum eſt, ſententiam meam Hol-

---

Loca ſimilia, in quibus *ἄχρι* genitivo, quem regit, poſtponitur, exſtant paſſim, v. c. apud Libanium Vol. IV. p. 538. *ed. Reiske τῆς ἡλικίας .... ἐκβάντα τοὺς ὅρους, ὧν ἄχρι παιδεύεσθαι ῥᾴδιον.*

stenii epiſtola ſupra a me commemorata, nuper interius cognita, extra omnem dubitationem poni. Ita enim ille ad amicum ſuum Nicol. Peirescium (Cf. Sainte-Croix in Comment. literar. l. l. p. 680.): „*Vix quarta totius operis* (περιηγήσεως) *pars nobis ſupereſt. Totum enim internum mare deſcripſerat, ſed ſolatur dolorem meum, quod ducentos et amplius verſus repererim hactenus non editos, in deſcriptione Ponti Euxini, quae falſo* Arriani *nomen praefert, de qua infra* XIV *loco ſcribam prolixius: quibus auctior haec* περιήγησις *noſtra opera prodibit.*“ Incommodum eſt, quod *tota* epiſtola Holstenii, quae Carpentoractae Meminorum in bibliotheca publica adſervatur, dum haec ſcribo, inedita eſt. Fortaſſe Bredovio meo, cuius Pariſiis nuper commorantis cum voluptate recordor, mox continget, ut eam in adſpectum lucemque protrahat.

Periplus Anonymi minori cura, quam cetera omnia, quae manuſcriptum tanti pretii noſtrum complectitur, opera, deſcriptus eſt. Cum vitioſae lectiones Salmasii in omnibus editionibus repetitae ſint, emendationes, quas ex manuſcripto hauſi, Tecum communicandas haud gravatim accipies. Videbis, tantum abeſſe, ut verſentur in minutiis, ut etiam geographiae antiquae aliquid ſubſidii afferre poſſint. Uti illis licebit Clariſſimo Bredovio in nova, quam parat, editione *Geographorum minorum*, quae viris doctis eo gratior et acceptior erit, quo rarior liber eſt vel in ipſa Anglia.

Geogr. Min. Vol. I. f. Tt, p. 1. v. 4. τῇ μὲν δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης μέγαν ἠδ' Ἀσίας] Codex habet πῇ μὲν δ. χθ. E. μέγαν, πῇ δ' Ἀσίας; ſed in Arriano (*Peripl. Ponti Euxini* ibid. Vol. I. p. 19.) unde haec ſunt transſcripta (⁶), ſequens exhibetur lectio, πῇ μὲν δ. χθ. E. μέγαν ἢ δ' (ſic, quo in ἠδ' traducimur) Ἀσίας.

l. 5. τέρμονα Φάσιν] Manuſcriptum addit ποταμόν. Salmasius veriſimiliter conſilio omittit hoc verbum, quia neque in Arriano invenitur, neque convenit orationi poeticae. Bothius Vir Cl. ſic verſus digerit (*Fragm. Aeſchyl.* p. 584.):

Πέπαμαι (pro πῇ μὲν) δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης
Μέγαν ἠδ' Ἀσίας τέρμονα, Φᾶσιν.

Ibid. τῆς δὲ λίμνης Μαιώτιδος] Codex dat, ut Arrianus, τῆς δὲ λ. τῆς Μαιώτιδος.

l. 8. Ἡ δὲ Μαιῶτις λίμνη λέγεται εἰς ἥμισυ εἶναι τοῦ Πόντου] In codice nihil aliud. Vossius ait: „*Dele praepoſitionem, aut lege* ὡς ἥμισυ." Diſſentio. Εἰς verbo numerali adiunctum ſignificat *circiter, ferme, propemodum.* Arrianus (*Periplus Pont. Eux.* p. 6.): ἀπέχει Ὕσσου λιμένος ἐς ἐνενήκοντα σταδίους μάλιστα. p. 10. διέχει τοῦ Χώβου σταδίους ἐς δέκα καὶ διακοσίους μάλιστα. Parthe-

(6) Legimus in Arriano l. c.: Λέγουσι γοῦν αὐτῷ (τῷ Αἰσχύλῳ) οἱ Τιτᾶνες πρὸς τὸν Προμηθέα, ὅτι ἥκομεν κ. τ. λ. Codex palatinus habet αυτο (ſic), quod Sigismundus Gelenius bene mutavit in αὐτῷ, *apud illum.* Videatur de hoc caſus tertii uſu Toupius ad Longin. (ed. 1778.) p. 296. Aelianus *de nat. anim.* l. IV. cap. 45. Θαυμάσαι λόγον ἄξιόν φησιν Εὔδημος· καὶ τῷ γε τῷ ἀνδρὶ ὁ λόγος οὗτός ἐστι, *factum admirabile ab Eudemo narratur; in hoc enim nec in alio auctore legimus, quae ſequuntur.* In linguam latinam qui transtulit, non expreſſit verba τῷ γε τῷ ἀνδρί.

NIUS cap. VIII. ἐπυνθάνετο, πηλίκην οὐσίαν εἴη κεκτημένος .... τοῦ δὲ εἰς ἀριθμὸν χιλίων χρυσῶν φήσαντος. AELIANUS N. A. V. 3. p. 143. ἀφίησι δὲ ἕκαστον ζῶον εἰς κοτύλας δέκα. LIBANIUS Vol. IV. p. 632. εἴ τῳ τις ὑμῶν οἰκέτης (proximum verbum abeſt a codice pariſienſi n. 3017.) δύναιτο φέρειν δέκα τῆς ἡμέρας δραχμὰς, ὑπὸ δὲ ἀργίας εἰς ἥμισυ φέρει, τοῦτον οὐκ ἂν κ. τ. λ. REISKIUS in adnotatione quaerit: „Εἰς num delendum eſt?" Minime: εἰς ſignificat *circiter*.

P. 2. l. 1. ἑκατέρᾳ δίχα] Codex: ἑκάτερα δίχα.

l. 5. Μαιωτῶν γένος Ἰαξαματῶν λεγόμενον] Codex habet Ἰαζαμάτων, uti legimus in fragmentis Scymni Chii v. 140. Vid. STEPHANUS BYZANTINUS de voce Ἰαζαβάται. Literulae ξ et ζ interdum commutatae ſunt a librariis. PSEUDO-PLUTARCHUS *de fluminibus* cap. XX. 5. 1. ed. WYTTENBACHII, ἑαυτὸν ἔβαλεν εἰς ποταμὸν Ζαράνδαν. Codex praebet Ξαράνδαν, quod praeſtat.(7)

(7) Nobiliſſimus QUATREMÈRE, litterarum orientalium egregie peritus, cui gratum venerantemque hic profiteor animum, haec de voce Ξαράνδας mecum communicavit. „Fruſtra inveſtigavi vocem Ξαράνδας in omnibus ſcriptoribus, qui collegerunt vel explicaverunt verba veterum Perſarum, a Graecis Latinisve nobis tradita. En meam de nomine Euphratis ficto opinionem. Cenſeo ξα reſpondere voci *ſchah*, quae in lingua perſica notat *regem*. Re vera Graeci interdum uſi ſunt littera ξ, ut redderent Perſarum *ſch*, quod vidimus inter alia in nomine Ξέρξης, quod RELAND (*Diſſert. de veteri ling. Perſ.*) iure derivat de *ſchir-ſchah* i. e. *Leo-rex*. Quod attinet ad ſyllabam ρανδ (ας enim graeca eſt terminatio), in ea cernere mihi videor *raud* vel *roud*, *fluvius*. Litera ῡ facile mutari potuit a librario in ν̄. Ad hanc coniecturam Ξαρούδας ſignificaret *flumen regis*, *flumen regium*. Quae opinio confirmari videtur eo, quod uni ex aquaeductibus, qui iungunt Euphratem Tigridi, nomen eſt *Naar-Malcha*, quod idem notat, ac *Schah-roud*, et a veteribus auctoribus omnino explicatur per *flumen regium*. A POLYBIO

l. 13. *περὶ τὸν Θερμώδοντα ποταμόν*] Proximum verbum desideratur et in codice et in fragmentis Scymni, v. 145.

l. 26. *ἅδε τῇ θαλάσσῃ, τῇδε λίμνῃ*] Codex servavit versum plane eundem, qui legitur in fragmentis Scymni, v. 861:

Ἃ δὲ τῇ θαλάσσῃ τῇ τε λίμνῃ γίνεται.

Paullo post reperitur in msto: *Κῆπος τὲ ἀποικισθεῖσα* (V. fragmenta Scymni, v. 151.). et *ἐν τῷ τῆς Ἀσίας μέρει*.

P. 3. l. 4. *Παντικάπαιον ἐστὶν ἔσχατον τῶν Βοσπόρου βασιλέων ἐπωνομασμένον*] Codex: *Παντικάπαιόν ἐστιν ἔσχατον τοῖς Βοσπόρου, βασίλειον ἐπωνομασμένον.* Holsten. (Fragm. v. 98.) dedit *τοῦ Βοσπόρου βασιλεῖον ἐπων.*

l. 10. *εἶτ' ἂν Ἀρωτῆρα πρόσω Νευρουτάς τε μέχρι γῆς*] Codex: *εἶτ' ἀναρωτῆρας* (sic) *πρόσω νευρούτάστε* (sic) *μέχρι γῆς.*

l. 16. *εἶναι δὲ Γεωργοὺς ἐχομένους τοὺς τῶν ἄνω.*] Legitur in codice *τους* (sic). Semper animadverti, librarium accuratissimum locis, quibus errorem inesse crederet, verbis non addidisse accentus. In

---

(V. 51.) appellatur *βασιλικὴ διῶρυξ*. Cf. de hoc aquaeductu Ptolemaeum lib. V. cap. 18., Ammianum Marcellinum lib. XXIV. cap. 6. et notam Valesii, Plinium lib. VI. cap. 30. ed. Franzii, ubi secundum Bochartum (Geogr. sacr. col. 34.) legendum est *Naar-Malcha* pro *Armalchar*, quod sensum dare negat. Vid. porro Bochartus l. l., d'Anville Mém. sur l'Euphrate; id. Mém. sur l'emplacement de Babylone (Acad. Inscr. t. XXVIII.) etc. — Finem impono huic notae adiiciens, magnum fluvium, qui affluit urbem *Kazwin*, hodie adhuc gaudere nomine *Schah-roud*. V. Firhengh-Djehangiry."

noſtro loco nullum exſtat dubium, quin Holstenius (Fragm. v. 107.) reſtituerit verba, dum reciperet ἐχομένους τούτων ἄνω. Ultimum vocabulum ſignificat *a mari remotiores*. V. notam Valckenaeri ad *Herodotum* IV. 18. p. 289. et Reiske ad *Conſtantin. Porphyrog. cerem.* p. 119. Obiter animadverto, huic loco inniti poſſe coniecturam excellentiſſimi huius critici, qui loco verborum Herodoti, ἀπὸ δὲ ταύτης ἄνθρωποι lectionem ἀπὸ δὲ ταύτης ἄνω οἰκέουσι Σκύθαι γεωργοί proponit. Credo hanc coniecturam ſatis eſſe probabilem, etſi verba ἄνθρωποι Σκύθαι γεωργοὶ per ſe loquendi uſum non offendunt. Hanno (*Periplus*, p. 2.): παρὰ δ' αὐτὸν, Νομάδες ἄνθρωποι Λιξῖται, βοσκήματ' ἔνεμον.

l. 22. Νομαδικὰ δὲ καλούμενα] Codex: νομάδια (ſic) δὲ ἐπικαλούμενα. Proxima vox adeſt quoque in fragmentis, v. 113.

l. 23. ὧν οὐδεὶς ἐμψύχων ἀδικῆσαι ποτ' ἄν] Verba manuſcripta non differunt. Conſtructio tamen verbi ἀδικεῖν cum genitivo plane inuſitata eſt. Praeter ἀδικεῖν τινα, fortaſſe (8) dicebant quoque ἀδικεῖν εἰς vel πρός τινα (in modum verborum ἀσεβεῖν, εὐσεβεῖν πρὸς ſeu εἰς τινά. Vid. Valckenaerus ad *Eu-*

---

(8) Iam praeſto ſunt loca, ubi verbum ἀδικεῖν re vera conſtructum eſt cum praepoſitione εἰς. Libanius Vol. I. p. 463. μέμνησαι δὴ πόλιν, ἣν τὸ οἰκτείρειν τοὺς εἰς αὐτὴν ἀδικήσαντας ἐποίησεν ἔνδοξον. Ibid. Vol. II. p. 207. εἰ τὴν τῶν ὅπλων ἐργασίαν καταλυομένην περιορῷεν, ἀδικοῖέν τ' ἂν εἰς τὸ κτῆμα, καὶ σφᾶς αὐτοὺς ἀπολλύοιεν. Vid. quoque Wernsdorfius ad *Himer.* p. 95. Ἀδικεῖν περί τι legitur e. g. in Libanio, Vol. IV. p. 161. τί οὖν μαθόντες (codex pariſius n. 3017. fert παθόντες) εὐθὺς ἠδικεῖτε περὶ τὰ πλαττόμενα;

ripid. Phoen. p. 449., Abresch ad *Cattierium* p. 12.); innotuit mihi vero nullum exemplum caſus ſecundi, quod pravum videtur. Luc. Holstenius, *Fragm.* 114, diſceſſit a manuſcripto verſum hoc modo digerens:

ὡς οὐδὲν ἐμψύχων ἀδικῆσαι ποτ' ἄν.

Melius ex mea opinione legiſſet:

ὢν οὐδὲ εἷς ἔμψυχον ἀδικήσαι ποτ' ἄν.

Verbi ἀδικεῖν, ait Brunckius ad *Anacreont.* p. 157. *duae primae ſyllabae omnibus et ubique breves ſunt.* Scias quoque, librarium ad marginem ſcripſiſſe περὶ τῶν εὐσεβῶν ἐθνῶν καὶ ὅτι ἀπέχονται ἐμψύχου παντός.

l. 26. ἱππημολγίαις] Codex et Fragmenta: ἱππομολγίαις. Vocem ἱππημολγία non reperimus in vocabulariis. Quaeritur, codicis lectio an poſſit defendi. Multis eiusmodi in compoſitionibus nunc litteram ō, nunc η̄ adhiberi licet. Incidi in locum memoratu digniſſimum operis inediti Apollonii Dyscoli περὶ ἐπιῤῥημάτων hunc: „Ἔστι πρὸς τοῦτο φάναι, ὡς πλείστη μετάθεσίς ἐστι τοῦ ō εἰς τὸ η̄ κατὰ τὴν Ἰάδα διάλεκτον, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ κοινὸν ἔθος. παρὰ τὴν βάλανον βαλανηφόρος· παρὰ τὸ κάλαθος καλαθοποιὸς, ἀλλὰ καὶ καλαθηφόρος· παρὰ τὸ ἔλαφος ἐλαφόκτονος Ἄρτεμις, ἀλλὰ καὶ ἐλαφηβόλος· στεφανοποιὸς, ἀλλὰ καὶ στεφανηφόρος. Ἴωνες δὲ καὶ τοὺς ὁρκιοτόμους ὁρκιηφόρους φασὶ, καὶ τοὺς αἱμοπότας αἱμηπότας.“ Neque ὑλησκόπος et ὑλοσκόπος analogiae repugnat; ὑλισκόπος a Iacobsio (*anim. in anthol. gr.* tom. IX. p. 147.) aliisque repudiatur

pudiatur(9). Oppiani quoque ἀμαλητόμος (Cyneg. I, 521.) ex nulla parte obſendit contra conſuetudinem loquendi, etſi lexicographi non aliam vocis ἄμαλλα cum altera iunctionem huic ſimilem afferunt. Secundi vero loci vox ſi a litera vocali incipit, res aliter ſeſe habet. Dicitur κακήγορος, νεφεληγερέτης, nec κακόγορος, νεφελογερέτης. Schneiderus in dubium vocat verbi ἱππομολγὸς veritatem; equidem vero illud damnare non audeo, mihi enim non procul abeſſe a veritate videtur, Graecos dixiſſe μέλγω et ἀμέλγω, quod cernas in voce μολγός. Cf. Hesychius v. μολγὸς et Scholiastes *Ariſtophanis ad Equit.* v. 959.

l. 27. κτίσιν] Vossii correctio, κτῆσιν, confirmatur codice et fragmentis, v. 117. Poſtea legitur in codice τήν θ' ὅλην οὐσίαν.

P. 4. l. 5. τῶν Ἀγαθυρσῶν] Codex et fragmenta melius exhibent eadem verba ſic: τῶν Ἀγαθύρσων.

l. 8. ἐπιμισγέσθω εκατεωσ ἐφοτιεισ] Ita legitur in manuſcripto. Toupius *emend. in Heſych.* Vol. IV. p. 5. hanc edit coniecturam:

Ἐπιμίσγεσθ', ὡς Ἑκαταῖος μέν γ' ἐφιστορεῖ,
Ὡς δ' Ἔφορος ἱστόρηκεν κ. τ. λ.

l. 10. ἐκ λίμνης τινὸς, ἧς τὸ πέρας ἐστὶν ἄφραστον] Salmasius et Holstenius rationes habuere retinen-

---

(9) Nec tamen praetereundum eſt, voces ὀλιβάτης et ὀλιγενὴς reperiri. De illa vid. Schneiderus in Vocabulario; hac Parthenius cap. XI. utitur, unde venit in Brunckii *analect.* I. p. 417.

di verbum ἄφραστον, contra correctionem librarii ἄφραστον, i. e. ἀόρατον. Signum . verbo superscriptum per integrum codicem errorem indicat, et saepissime litteram eam, cui superiacet, esse reiiciendam. Ἀόρατον sola explicatio est vocis ἄφραστον, quae, derivata a verbo φράζομαι, *animadverto* (Vid. quae infra dicentur de ANTON. LIBER. cap. XI.) significat *non animadversum* et interdum *improvisum*, e. g. EURIP. *Hippol.* v. 820. Vid. *Heathius* et *Valckenaerius*. INTERPRES *Apollonii Rhodii* (II, 224.) explicat per ἀνεπίγνωστος, ἀπροόρατος, ἄδηλος.

l. 15. ἤτοι τοῦ στόματος] Cod. στόματος, i. e. στομίου.

l. 16. πολίχνιον] Haec est lectio codicis, quae non derelinquenda. Minus cognita minusque forsan casta est lectio πολύχνιον, cuius exempla obviam mihi fuere. EUDOCIA p. 153. ἐν Ἀφίδναις πολυχνίῳ τῶν Ἀθηνῶν. Ibid. p. 399. Μύρινα πολύχνιον Τρῳάς. Utrumque locum VILLOISON, qui alias ea, quorum pravitas patet, corrigere solet, ad codicem restituit. PHAVORINUS v. Μύρινα item dat πολύχνιον et πολύχνη. TZETZES vero (ad Lycophr. v. 243.), quem ille transscripsit, consuetam vocem πολίχνη. Cf. quoque *Phavorin.* v. Κύλλα, πολύχνιον ἦν Τρωϊκὸν κ. τ. λ.

l. 17. στάδια ξ̄, μίλια η̄] Codex plerumque fert στα, quo tam στάδιοι, quam στάδια notari potest. Priorem formam huic praepono, vox enim ista,

quoties ad omnes litteras integra exprimitur, genere gaudet masculino. P. 8. l. 12. (Conf. quae ad hunc locum a me proferentur) οἱ προειρημένοι στάδιοι. ibid. l. 4. ἐπὶ σταδίους ͵ας, μίλια ρξ. P. 10. l. 5. σταδίους ͵δυκ, μίλια ͵φπθ. γ'. Eiusmodi abbreviationes, in quibus lectori syllabas finales explendi potestas datur, multis erroribus ansam praebuere. In Eudocia p. 223. textus, quem Villoison recepit, hic est: κρατῆρές εἰσι δύο, ὧν ὁ ἕτερός ἐστι τὴν περίμετρον τριστάδα. Stupeo, Villoison, doctum hunc Palaeographum, tam malam construere potuisse lectionem; nam τριστάδα prorsus est vox nihili. Codex praebet τριστά^δ, quod legendum esse τριστάδιος contextus docet. Sic quoque legimus in *Apollonii Rhodii* Scholiaste, III. 41. quem Eudocia reddidit.

l. 18. μέχρι εἰς Παντικάπαιον] Particula μέχρι caret manuscriptum.

l. 25. ἀπὸ δὲ Παντικαπαίου πόλεως εἰς Νυμφαῖον πόλιν στάδια κε, μίλια γγ'] Salmasius praeteriit integrum versum. Legendum est, uti in codice msto invenimus: ἀπὸ δὲ Παντικαπαίου πόλεως εἰς Τυριστάκην πόλιν, στάδιοι ξ, μίλια η. ἀπὸ δὲ Τυριστάκης πόλεως εἰς Νυμφαῖον πόλιν κ. τ. λ. Animadversio Vossii (pag. 83.) docet, hunc interpretem similem suspexisse omissionem, quamvis intervallum, quod fecit linearum, non bene conveniat verbis manuscripti. Pro Τυριστάκη alii auctores scribunt Τυριτάκη. Plin. *Hist. nat.* l. VI. cap. 4. (T. II. p. 546. ed. Franz.) *Oppida in ripis habuit complura,*

celeberrima Tyndarida, Circaeum, Cygnum, etc. Primum legebant pro Tyndarida, *Tyritacen;* relicta vero eſt haec lectio, quia *huius urbis,* ut dicit Harduinus, *in hoc tractu nullum apud ceteros ſcriptores veſtigium.* Vid. porro Holstenii *Caſtigat. poſth. in Steph. Byz.* p. 332. v. Τυριτακίτη. Invenimus ibi haec: „*Apud Ptolemaeum corrupte* Τυρικτάνη, *apud Anonymum* Τυριστάκη.“ Geographi usque ad hodiernum diem laboravere in detegendo hoc anonymo.

P. 5. l. 2. *στάδια* $\overline{\xi\varepsilon}$, *μίλια* $\overline{\eta}$𐅵ϛ′] Ad rationem numerorum fractorum graecorum intellectu faciliorem reddendam adfero, quae in Nobiliſſimi Delambrii *de arithmetica Graecorum* commentatione egregia ac philologis valde commendanda, p. 580. (10) leguntur: „Lineola in dextra ſuperioreque numeri parte poſita, hunc denominatorem indicat numeri fracti, cuius numerator unitas erat. Sic eſt $\gamma' = \frac{1}{3}$; $\delta' = \frac{1}{4}$; $\xi'\delta = \frac{1}{64}$. Numerus fractus $\frac{1}{2}$ proprium habebat ſignum: (vel < vel (′ vel 𐅵. Quando numerator uno erat maior, denominator locum eundem obtinuit, quem apud nos exponentes. Sic 15^{64} notat $\frac{15}{64}$ vel $\iota\varepsilon^{\xi\delta}$; $\frac{7}{121}$ ſcribebatur $\zeta^{\rho\kappa\alpha}$.“ Modus, quo codex noſter atque editio numerum fractum $\frac{2}{3}$ exprimunt, diverſus eſt. Scribitur enim $\frac{1}{2}\,\frac{1}{6}$ i. e. $\frac{4}{6} = \frac{2}{3}$. Huius quoque ſcribendi rationis doctiſſimus Delambrius p. 589. mentionem facit, cum multiplicationem graecam

(10) Continetur hic libellus in fine Operum Archimedis, affixo commentario, auct. F. Peyrard. 4. Paris 1807.

locum ei dat: „Videmus, graecos amaſſe numeros fractos, quibus numerator eſt unitas: pro $\frac{4}{6} = \frac{3}{6} + \frac{1}{6}$ ſcribebant $\frac{1}{2} + \frac{1}{6}$.“

P. 5. l. 9. ἐνταῦθα ὅρμος ναυσὶ τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις ἄντικρυς. Ἐν δὲ τῇ θαλάσσῃ νῆσοι] Codex ita diſtinguit: ἐντ. ὅ. ναυσὶ, τοῖς ἀφ' ἑσπέραν (ſic) ἀνέμοις. Ἄντικρυς δὲ ἐν τῇ θαλάσσῃ νῆσοι. Quam interpunctionem Holstenius quoque (fragm. v. 95.) retinuit.

l. 13. ἀπέχουσιν ὀλίγον τῆς ἠπείρου. Ἀπὸ μὲν στομίου] Lege uti codex et fragmenta Scymni habent, ἀπέχουσαι ὀλίγον τῆς ἠπείρου· ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ στομίου. Vox ὁμοῦ eodem ſenſu redit p. 7. l. 11; p. 9. l. 28; p. 16. l. 11. Vide etiam Peripl. Pont. Euxin. ab alio auctore anonymo (*Geogr. min.* Vol. III. p. 4. l. 9.) ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἕως Ἡρακλείας κ. τ. λ. et Agathemerum, *Geogr. min.* Vol. II. p. 8 et 9.

l. 16. Ἀπὸ δὲ Παντικαπαίου πόλεως Κιμμερικοῦ στάδια σμ (Stadia CCXL, nec CCL, quod habet verſio latina) μίλια ‚αμ'] Hunc locum eſſe corruptum apparet. Cum ſeptem ſtadia et dimidium miliare romanum expleant(11), CCXL ſtadia aequare nequeunt milliaria 1040. Inſerenda eſt particula

(11) Suidas, στάδιον· ὁ τόπος τοῦ ἀγῶνος, καὶ μέρος τι τοῦ λεγομένου μιλίου. Ἑπτὰ γὰρ ἥμισυ στάδια ποιοῦσι μίλιον. (unde hauſit Scholiaſtes Luciani Vol. I. p. 500. ubi vid. Hemſterh. Vid. quoque I. G. Schweighaeuseri *epiſtola ad Millinum de locis quibusdam Theophraſti, Suidae et Arriani*. Pariſiis. 1803. p. 13.) Inter verba λέγεται στάδιον καὶ τὸ ἁπλῶς ἵστασθαι καὶ ἀκινητίζειν, quae antecedentia accurate excipiunt, lege ſecundum *Lex. Rhetorico-Sophiſticum* codicis St. Germani, καὶ ἁπλῶς τὸ ἵστασθαι κ. τ. λ. Vid. de ſtadiis et milliaribus Dodwellus *ad Geogr. min.* t. I. p. 161.

ἕως inter πόλεως et Κιμμερικοῦ, atque legendum, uti in codice, στάδιοι σμ, μίλια λβ, i. e. CCXL ſtadia ſeu miliaria XXXII.

l. 28. Ἀρδαύδα] Codex: ἀρδάβδα, ſicuti p. 8. l. 31. Σαβία pro Σαυία.

P. 6. l. 1. φυγάδας ἐκ τοῦ Βοσπόρου] Codex: φυγάδας ἐκ τῶν βοσπόρου.

l. 3. Σκυθοταύρων] Hic ſemel adnotaſſe ſufficiat, noſtrum codicem, uti codex celeber Marcianus Homeri, eiusmodi verba ita ſcribere: σκυθο‿ταύρων, χερσό‿νησον, ἰσθμο‿ειδὴς κ. τ. λ. Signum copulae ſecundam inter et tertiam ſyllabam, quo hodie non utimur, veteres nominabant ὕφεν. Qua de re vid. Villoisonii *anecdota gr.* t. II. p. 108. et *prolegom. in Homer.* ab init.

l. 14. κλαπεῖσαν Ἰφιγένειαν] Codex: κλαπεῖσαν τὴν Ἰφιγένειαν, et paullo poſt, τὴν δὲ ὠμότητα, pro τὴν τε ὠμότητα. Verba βίον ἐνόριον ad ſenſum recte transferuntur per vitam *montanam*; verum ἐνόριος non ſignificat *montanus*, ſed: *qui intra fines, intra terminos eſt*. Scribendum eſt ἐνόρειον. Similia verbi ὄρος (mons) compoſita ſunt ὑπόρειος et παρόρειος, de quibus cf. Henr. Steph. *theſ.* t. II. p. 1462. Bene hic notat: „In veteri lexico ſcribitur etiam παρόριος, ſed *perperam*.“ Grammaticorum canon, quemadmodum eum Pseudo-Herodianus in ſuis ἐπιμερισμοῖς, nondum typis excuſis, praeſcripſit, hic eſt: „Τὰ παρὰ τὸ ὄρος, ὁ βουνὸς, (ὀνόματα) διφθογγίζονται· οἷον ὄρειος τόπος, ὑπόρειος οἶκος καὶ τὰ ὅμοια· τὰ δὲ παρὰ τὸ ὅρος, ὁ ὁρισμὸς, ἰωτίζονται· μεθόριον οὐδετέρως, συνόριον, ὁμόριον καὶ τὰ ὅμοια.“

l. 18. Ἱλασκόμενοι τοῖς ἀσεβήμασι] Lege ſecundum mſpt. et fragmenta v. 88. ἱλασκόμενοι τὰ θεῖα τοῖς ἀσεβήμασι.

l. 24. τοῖς τὴν Ἀσίαν ἔχουσι] Codex et fragmenta v. 78: τοῖς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦσιν.

P. 7. l. 4. ἀπὸ Ἀθηναιῶνος λιμένος, μέχρι Καλοῦ λιμένος, στάδια ͵βχ, μίλια μβ ∟γ′] Inter verba codicis legitur στάδιοι ͵βχ, μίλια τμβ ∟γ′. Rationi ineſt error. Vid. Voſsii nota. In margine reperitur alia lectio: στάδιοι ͵βχ (fortaſſe ͵βτ) μίλια τς ∟ς′, i. e. ſtadia 2300, ſive milliaria 306$\frac{2}{3}$.

l. 9. τοῦ Τάνεως] Codex: τανάεως. Nec non p. 4. l. 24. legi videtur τανάεως; quamvis littera α litterae ν inſcripta ad dimidiam ſit deleta.

l. 18. εἰς Καλὸν λιμένα Σκυθικοῦ Χερσωνήτιδος] Codex: σκυθικὸν, et poſtea διήκων Ταμυρικάκους, non addita praepoſitione ἐς. Vid. de verbo διήκειν Dukerus *ad Thucyd.* Vol. III. p. 426. ed. Bip.

P. 8. l. 9. αὐχὴν ἰσθμοειδὴς, τουτέστι στενώδης] Proxima vox in lexicis fruſtra quaeritur. Ex adiectivis graecis in ſyllabam ος exeuntibus nova in ωδης fingi non rarum eſt. Sic dicebant veteres graeci ἀλλοῖος ἀλλοιώδης, γλίσχρος γλισχρώδης, ἐχθρὸς ἐχθρώδης, φλήναφος φληναφώδης, γελοῖος γελοιώδης (Schol. *Plat.* p. 148. *ed. Ruhnk.* Eudoc. p. 147 et 158. pro γελοιοδέστερον ſcribendum eſt γελοιωδέστερον. Locus tranſcriptus eſt e Nonno I. cap. 25.), τραγικὸς τραγικώδης, a Schneidero iniuria valde dubium indicatum. Forma iſta omnino non repugnat analogiae. Palaeph. c. 41. λέγεται μῦθος τραγικώδης, ὡς δὴ κ. τ. λ. In

epigrammate quinto STRATONIS BRUNKIUS iure lectionem μελιχρώδεις defendit. WOLFIUS μελιχρώους vel μελιχρώτους legere maluit, quas vero voces BÖCKHIUS *in Platon. Minoem* p. 139. sq. inter *vocabula nihili et contra omnem graecae linguae analogiam conficta* refert. In scriptoribus quidem veteribus haec verba frustra quaeres, verum in PSELLO *de lapid.* p. 28. *ed. Bern.* occurrit μονόχρωος, *unicolor*, atque p. 25. *Bernardus* vocem πορφυρόχρωος proponit. Nec prorsus est contraria analogiae linguae vox μελίχρωτος. Nam adest non solum κυανόχρως, ωτος, sed etiam κυανόχρωτος, ου. (ORPH. *hymn.* 70. v. 6. *ed. Herm.* κυανόχρωτοι ἄνασσαι de Furiis.) (12) PIERSONUS in doctis ad Moerin notis p. 180. ait: „Rarius, et nescio an „alibi obvium, ἠλιθιώδης, quod habet PHILOSTRA„TUS *de vita sophist.* l. II. cap. 1. p. 558. διεβέ„βλητο δὲ πρὸς αὐτὸν, ὡς ἠλιθιώδη, καὶ δυσγράμ„ματον, καὶ παχὺν τὴν μνήμην, ubi aliquando pla„cebat, ὡς ἠλίθιον δή; alterum tamen si quis simi„libus exemplis nominum in ωδης, ab adiectivis „formatorum, defenderit, loco non moverim."

---

(12) In MENANDRI RHETORIS comm. de encom. p. 75. inveni verbum in χρωτος exiens adhuc a nemine explicatum. Haec sunt verba ipsa: ἢ αὐτοφυεῖς εἰσιν (οἱ λιμένες), ἢ χειροποίητοι. Ἂν μὲν τοίνυν χειροποίητοι ὦσιν, ἐρεῖς, ὅτι οὐχ ἡ πόλις δι' αὐτοὺς, ἀλλ' αὐτοὶ διὰ τὴν πόλιν γεγόνασιν. εἰ δ' αὐτοφυεῖς, ὅτι ἀπόχρωτοί εἰσι, διὰ τὸ αὐτοφυεῖς εἶναι. HEERENIUS dicit: „Ἀπόχρωτοι, „vox procul dubio corrupta. Legendum forsan εὔχρηστοι vel ἀεί„χρηστοι; cum non arte, sed natura facti sint, usum eorum facilem „et perpetuum esse." Menander pertinet ad auctores corruptissimos; e codicibus pauca tantum bonae frugis decerpi possunt. Hîc illic coniecturarum locus; forsan levi mutatione ἀνοχύρωτοι legendum est.

Ex hactenus dictis ſatis adparet, formam ἠλιθιώδης ab omni parte eſſe rectam. In PHILOSTRATI Heroicis p. 705. ed. Olear. legitur λαμπρᾷ τῇ φωνῇ καὶ φρονηματώδει. Tu, Amice cariſſime, in egregia, quam curaſti, editione adfirmas, maiorem codicum numerum exhibere φρονιμώδει. In Tua ſententia ſum: Olearii lectionem eſſe aptiorem, negari quidem non poteſt, at non in minimo ſum dubio de verbi φρονιμώδης graecitate. Eodem fere modo fingitur a voce μάχιμος μαχιμώδης. STRATO XLII. (*anal. Brunckii* II. p. 369.):

> Μισῶ δυσπερίληπτα φιλήματα, καὶ μαχιμώδεις
> Φωνάς, καὶ στειρὴν ἐκ χερὸς ἀντίθεσιν.

l. 12. Ἀπὸ Ταμυριάκης ... παραπλεύσαντι τὸν .. δρόμον, ἐπὶ τὸ ἕτερον ἀκρωτήριον τοῦ Ἀχιλλέως δρόμου, ὃ καλεῖται ἱερὸν ἄλσος τῆς Ἑκάτης, εἰς Βορυσθένην ποταμόν] Hic locus negligentia Salmaſii, quem ὁμοιοτέλευτον integram lineam praetermittere induxit, corruptus, ad exemplum codicis ita ſupplendus eſt: Ἀπὸ Ταμυριάκης ... παραπλεύσαντι τὸν .. δρόμον, ἐπὶ τὸ ἕτερον ἀκρωτήριον τοῦ Ἀχιλλέως δρόμου, ὃ καλεῖται ἱερὸν ἄλσος τῆς Ἑκάτης, εἰσὶν οἱ προειρημένοι στάδια ͵ασ, μίλια ρξ. ἀπὸ δὲ τοῦ ἱεροῦ ἄλσους τῆς Ἑκάτης, εἰς Βορυσθένην ποταμὸν κ. τ. λ.

l. 28. Ὑπάνην] Lege Ὕπανιν. In margine manuſcripti hoc occurrit ſcholion: φασί τινες κατὰ τὸν Ὕπανιν ποταμὸν γίνεσθαι ζῶον καλούμε (l. καλούμενον) ἐπιβάλλον, ὅπερ αὐθημερὸν τήν τε γένεσιν καὶ τὴν φθορὰν ὑφίσταται. Noſcimus ex ARISTOTELE et praeterea e CICERONE animalcula iſta ad fluvium Hypanim, quorum id Neſtor quaſi putandum, quod

vivit per unum integrum diem. Veteres appellabant hocce insectum ἐφήμερον, μονήμερον vel ἡμερόβιον. Vid. SCHNEIDERUS *ad Aelianum*, N. A. II. 4. p. 42. Verbum ἐπιβάλλον aliquamdiu corruptum putavi, quia solemus, quae non intelligimus, depravata habere; in manuscripto vero repetitur in ANTIGONO CARYSTIO, cap. 92. ubi in margine legitur: περὶ τοῦ καλουμένου ἐπιβάλλοντος ζώου, ὃ μίαν ἡμέραν ζῇ.

P. 9. l. 5. ἔχει. Τῷ ποταμῷ] Ponendum est ad instar codicis comma post vocem ἔχει. Vid. nota GRONOVII.

l. 9. ἀπὸ δὲ νησίου μικροτάτου] Νησίου introductum est a primo editore. Codex habet ἀ. δὲ νήσου μικροτάτου. Vid. D'ORVILLE *ad Charitonem* p. 413. ed. Lips.

l. 22. καὶ εὐβότανος ταῖς νομαῖς τῶν ἰχθύων ἐστίν] In manuscripto deest καὶ; idem habet εὔβοτανος (accentu in syllaba ευ posito) i. e. εὔβοτος, quod multo praestat. PLUTARCHUS, *Camill.* cap. 18. T. I. p. 528. ed. Reiskii, θρέμμασιν εὔβοτος (χώρα) καὶ κατάρρυτος ποταμοῖς. STRABO, l. VIII. p. 565. ed. Almelov. καὶ βουσὶ καὶ ποιμέσιν (leg. ποίμναισιν, ad correctionem Valckenaerii ad Phoeniss. p. 90.) εὐβοτωτάτην. LIBANIUS epist. 18. p. 6. Wolf. νῆσος .... εὔβοτος καὶ πολύοινος. Articulus τοῖς ante ἐμπόροις desideratur in codice et fragmentis. Post has igitur mutationes versus illi sic componi possunt:

— Τύρας
Ποταμὸς βαθύς τ' ὢν εὔβοτός ἐστι ταῖς νομαῖς
Τῶν ἰχθύων, διάθεσιν ἐμπόροις ἔχων.

Iacobus Gronovius coniungit in animadversionibus ad Harpocrationem p. 53. ἰχθύων et διάθεσιν, atque vertit νομὰς per *pascua pecudum*. Adferre potuisset ad hanc explicationem corroborandam ea, quae dixit auctor de Borysthene fluvio, p. 8. l. 21. sqq. καρποὺς φέρων τοὺς φυομένους, νομάς τε τοῖς βοσκήμασι. Vid. Herodot. IV. p. 305. Vox autem εὐβότανος in hanc interpretationem eum induxit. Ista cum in codice mutetur in εὔβοτος, ea sola, quae de voce διάθεσις dicit, vera habenda sunt. Merito censet, hoc verbum non significare latinum *situs* (quemadmodum Holstenius transtulit), sed *venditionem*, *exportationem*. Tyras flumen, inquit auctor, quod profundum est, piscibus lauta offert alimenta et mercatoribus faciliorem reddit mercium exportationem. Ἔχειν positum est pro παρέχειν. Vid. de hac significatione Dukerus ad *Thucyd.* Vol. II. p. 423. ed. Bipont., et Abreschius *Animadv. in Aeschyl.* Vol. II. p. 272. sq.

l. 29. ὁμοῦ ἀπὸ Βορυσθένους ποταμοῦ ἕως Τύρα ποταμοῦ στάδια δρκ, μίλια φη. η] *Locus corruptissimus*, ait Vossius. *A Borysthene enim ad Tyram non plura numeravit, quam stadia* DCCCX. Lege et adde secundum codicem: ὁμοῦ ἀπὸ Βορυσθένους ποταμοῦ ἕως Τύρα ποταμοῦ στάδιοι ωι, μίλια ρη, ἀπὸ δὲ Χερσῶνος ἕως Τύρα ποταμοῦ, στάδιοι δρκ (i. e. δρι), μίλια φμη, *a Borysthene fluvio ad Tyram flumen stadia* DCCCX, *milliaria* CVIII, *a Chersone vero usque ad Tyram flumen stadia* IIII. MCX, *milliaria* DXXXXVIII.

P. 10. l. 6. ἐπὶ τοῦ Νεοπτολέμου] Codex: ἐπὶ τὰ Νεοπτολέμου.

l. 20. In Codice eadem, ac in editionibus, offendit lectio monſtroſa ἀπαρκτίαιανιωττὸ πέλαγος. Arrianus (Peripl. Pont. Eux. p. 21.) melius habet ἀπαρκτίᾳ ἰδίως τὸ πέλαγος. Doctus Abricantarum epiſcopus in nota editionis Vossii manuſcripta, quam bibliotheca Pariſia conſervavit, legi mavult ἀπαρκτίᾳ ἐναντίως τῷ πελάγει.

l. 25. θεάν τε] Codex: θέαν τε, *ſpectaculum*.

P. 11. l. 3. ξόανον τῆς πάλαι ἐργασίας] Codex: ξόανον ἤτοι ἄγαλμα τῆς π. ἐ. Salmasius fortaſſe vocem ἄγαλμα omiſit, ut gloſſam ad verbum ξόανον. Neque reperitur in Arriano, unde hic locus petitus.

l. 9. ἀναθήματα ἀνάκεινται ἐν τῷ ναῷ, φιάλαι καὶ δάκτυλοι δακτύλιοι καὶ λίθοι τῶν πολυτελῶν καὶ πολυτελεστέρων] Haec quoque verba fluxerunt ex Arriano, cuius auctoritate Vossius ea correxerat. Codex opinionem Voſſii confirmat. Vox δάκτυλοι ibi non legitur, et duo puncta, quibus incluſa ſunt verba πολυτελῶν καὶ (ſic: λίθοι τῶν ·πολυτελῶν καὶ· πολυτελ.) indicant, ea eſſe delenda. Hic reiiciendi modus in aliis quoque codicibus manuſcriptis obſervatur, omnino in iis, qui cum elegantia quadam ſcripti ſunt. Reiskius ad *Conſtant. Porphyrog. cerem.* p. 45. haec habet: „Καθὼς προείρηται, ἀκτο-„λογοῦσι τὰ μέρη. Verba haec delenda ſunt. In „ipſis quidem conſpiciuntur membranis, fateor, „ſed librarius primae ſyllabae κα duo puncta, et „ultimae ſyllabae ρη item duo puncta ſuperſcripſe-

„rat, indicaturus, ea omnia, quae iſtis quatuor „punctis intercepta eſſent, perperam ſcripta et de„lenda eſſe. Nolebat nempe litura codicis elegan„tiam corrumpere." — Lege quoque *ἀνάκειται* pro *ἀνάκεινται*.

l. 12. *Ἀχχιλλεῖ καὶ ἀνάκεινται; καὶ ἐπιγεγραμμένα*] Legendum eſt duce Arriano *Ἀχιλλεῖ ἀνάκειται καὶ ἐπιγράμματα*.

l. 22. *ἀπὸ δὲ Ἀράκου*] Codex: *ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀράκου*.

l. 27. *ὄρει τῶν Θράκων*] Codex lectionem correctiorem exhibet *τῶν Θρaικῶν* i. e. *Θρᾳκῶν*, et paullo poſt *οὗτος ὁ Ἴστρος* pro *οὗτος Ἴστρος*.

l. 29. *ὁ καὶ Δανοῦβις καλούμενος*] Codex: *λεγόμενος*.

l. ult. *δυσὶ δὲ περισχιζόμενος, καὶ εἰς τὸν Ἀδρίαν ῥεῖ*] Huetius ſic vertit: *biſariam dividitur et in Adriam effluit.* In Voſſii verſione *diſſunditur* legis pro *diſſinditur*. Quem typographi errorem Gronovius et Hudsonus recepere. Holstenius mutavit *περισχιζόμενος* in *σχιζόμενος*. Verſum ita reddere potuiſſet:

Δυσὶ δὴ περισχιζόμενος ἐς Ἀδρίαν ῥέει.

P. 12. l. 1. *ἀμέλει δὲ ἄχρι τῆς Κελτικῆς*] Haec ſunt verba codicis noſtri. Holstenius omiſit articulum, ut ederet verſum perperam fictum:

Ἀμέλει δὲ ἄχρι Κελτικῆς γινώσκεται.

Legendum potius cenſeo:

Ἀμέλει δ' ἄχρις τῆς Κελτικῆς γινώσκεται.

l. 5. *ὄμβρεις*] Codex: *ὄμβροισι*; Scymni fragmenta (v. 54.): *ὀμβρίοισι*, quod vero refutandum.

Ὄμβρος est verbum substantivum, *ὄμβριος* adiectivum, cuius loco nec non *ὀμβριμαῖος* dicitur, inprimis in locutione, quae lexicographis non innotuit, *ὕδωρ* etc. *ὕδωρ ὀμβριμαῖον*, aqua pluvialis. Herodian. *epimerism. mss.* *Ὄμβρος, ὄμβριος, ὀμβριμαῖος, ὀμβριμαῖον ὕδωρ.*

l. 13. *οὐκ ἐλάττων τῆς Ῥόδου*] Codex: *οὐκ ἔλαττον μὲν τῆς Ῥόδου.*

l. 26. *εἰς Τομέων πόλιν ἔχουσαν ὑφόρμους*] Codex: *εἰς Τομέαν πόλιν ἔχουσαν ὕφορμον.* In margine legitur: *περὶ πόλεως Τομέας.*

l. 29. *ἣν κύκλῳ οἰκουμένη*] Codex: *ηνκύκλω* (sic) *οἰκούμενα.* Corrigas secundum Holstenium (fragm. v. 20.) *ἐν κύκλῳ οἰκούμενοι.*

P. 13. l. 3. *Αἴκαραι*] Codex: *αἱ καραι* (sic).

l. 5. *Τίριζαν ἄκραν λεγομένην*] Codex: *τιριζανακρος* (sic) *λεγόμενον.*

l. 7. *τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις*] Codex et hic et p. 14. l. 15. adhuc habet *ἀφ' ἑσπέραν.* Vid. ad p. 5. l. 9.

l. 9. *ἀπὸ δὲ Τετρισιάδος*] Codex sic praebet: *ἀπὸ δὲ τ̈ετρισιάδος*, quo indicatur, librarium syllabam *τε* deleri maluisse.

l. 13. *Βυζῶνος*] Codex: *Βιζῶνος.* Vid. Vossii nota.

l. 21. *Διονυσόπολιν κληθῆναι πάλιν*] Huetius transmutavit *πάλιν* in *φασίν.* Legendum est, sicuti in manuscripto et fragmentis legitur: *Διονυσόπολιν λέγουσι κληθῆναι πάλιν.*

l. 22. *μεθορίοις δὲ τοῖς Κρεβύζων . . . χώρας*] In codice et fragmentis (v. 10.) legitur *τῆς Κρεβ.*, sensusque ita melior redditur.

P. 14. l. 1. *τὸ Κίλικι Ταύρῳ*] Lege ad codicem *τῷ Κίλικι Ταύρῳ*.

l. 9. *παρὰ τὴν ὑπάρειαν*] Scymnus *περιήγ.* v. 737. unde hic locus descriptus est, dicit: *περὶ τὴν ὑπώρειαν*. Anonymi lectio magis placet.

l. 10. *καὶ τῇ Γετικῇ*] Codex: *καὶ γετικῇ*.

l. 11. *Καλχηδόνιοι*] Codex: *καρχηδόνιοι*, paulloque post *ἐστρατεύετο* pro *ἐπεστρατεύετο*.

l. 25. *τὸν πρὶν Ἄξενον*] Codex: *ὃν πρὶν Ἄξενον*; sic etiam Scymnus, v. 734.

l. 32. *εἰς χεῤῥόνησον, ἐν ᾗ ὅρμος*] Codex: *ἐν ὧι* (i. e. *ᾧ*) *ὅρμος*.

P. 15. l. 8. *εἰς Θυνιάδα ἀκρωτήριον καὶ ἀκτήν, ἐν ᾗ*] Codex: *εἰς θυνιάδα ἀκρωτῆρα καὶ ἀκτήν, ἐν ᾧ κ. τ. λ.* Vox *ἀκρωτῆρα* fortasse non malae notae est, quamvis ignota.

l. 10. *τῆς Ἀστικῆς Θράκης*] Codex: *τῆς ἀττικῆς θράκης*, et paullo post *μνήμην ποιεῖται* pro *μνήμην ποιεῖ*.

l. 25. *δυσπρόσορμος*] Codex: *δυσπροσόρμος*. Librarius noster, ut est accuratus, cum in accentibus dispensandis rarissime peccet, atque syllaba *ορ* versus finem faciat, opinari possimus, illum *δυσπροσόρμιστος* scribere in animo habuisse, syllabam vero *ιστ* negligentia oppressam esse. Nihilominus autem forma *δυσπρόσορμος*, etsi alias occurrere non videatur, non in dubium vocari debet, cum analogiae

linguae ſit adaptata. Simili modo dicebant Graeci *δύσορμος* et *δυσόρμιστος*.

l. 32. *ἐς Κυανέας ἤτοι Κύλας*] Margo codicis haec addit: *Περὶ τῶν Κυανέων ἤτοι Πλαγκτῶν.* Vid. LENNEPIUS *ad Phalaridem* p. 55.

l. 33. *αὗται δὲ αἱ Κυανέαι, ἃς λέγουσιν*] Duce codice reſtituas ſic: *α. δὲ αἱ Κ. εἰσὶν, ἃς λέγουσιν.* Ita quoque VOSSIUS transfert: Hae *ſunt* Cyaneae, quas etc.

P. 16. l. 2. *τὸν Ἰασίονα*] Articulus in codice et in Arriano, unde locus transſcriptus, deeſt.

l. 6. *ἀπὸ δὲ τοῦ ἱεροῦ εἰς λιμένα Δάφνης τῆς μαινομένης τὸν νῦν λεγόμενον Σωσθένην, στάδια π̄, μίλια ῑ 𐅵 ϛ′*] Hic locus arceſſitus eſt ex ARRIANI Periplo; etſi VOSSIUS adnotat, hunc auctorem a noſtro in ſtadiorum numero differre. Discrimen illud tantummodo eſt in editionibus; SALMASIUS enim verſum praeteriit integrum et dimidium. Nam ita ſeſe habet locus in manuſcripto: *ἀπὸ δὲ τοῦ ἱεροῦ εἰς λιμένα Δάφνης τῆς μαινομένης τὸν νῦν λεγόμενον Σωσθένην, στάδιοι μ̄, μίλια ε̄ γ′* (*ſtadia* XL, *milliaria* V $\frac{1}{3}$), *ἀπὸ δὲ τοῦ Σωσθένους εἰς τὸ Βυζάντιον στάδιοι π̄, μίλια ῑ 𐅵 ϛ′.*

l. 8. *τὰ δὲ καὶ τά*] Melius Arrianum codicemque ſequimur legentes: *τάδε καὶ τά.*

l. 11. *ὁ μὲν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ στόματος*] Verba *ὁ μὲν* carent ſenſu. Mutanda ſunt ſecundum codicem in *ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ στ.* Vid. quae dicta ſunt ad p. 5. l. 13.

l. 12. *ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, ἤτοι στόματος τοῦ Πόντου, στάδια ͵γχ, μίλια υπε. γ′*] Lege, uti codex exhi-

exhibet, *στάδιοι ͵γχμ, μίλια υπεγ′, stadia* III. MDCXXXX, *milliaria* CCCCLXXXV⅓.

l. 17. *στάδια ͵εχ, μίλια ψμς Ls*] Codex *στάδιοι ͵εχ, μίλια ψμ Lς′*; sed cum Vossio legendum est, *μίλια ψμς Lς′.*

l. 18. *ἀπὸ δὲ Χερσῶνος, ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου στάδια ην, μίλια απς Lς′*] Codex: *στάδιοι ηυ*, (lege *ηπ*) *μίλια ͵αρπς Lς′ stadia* VIII. MDCCCC., *milliaria* MCLXXXVI⅔.

l. 23. *ἐν τῷ στομίῳ Μαιώτιδος λίμνης*] Codex: *ἐ. τ. στ. τῆς Μ. λ.*

l. 25. *ἀπὸ τῆς Πορθμίας κώμης — ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, στάδια ͵αρ, μίλια ͵αυπ*] Editores non tentarunt huius loci correctionem, quamvis, corruptus quin sit, non dubitandum. Secundum codicem verba sic restituenda sunt: *στάδιοι ·α· ρ, μίλια αυπ*, i. e. *stadia* XI. MC, *milliaria* MCCCCLXXX.

l. 27. In codicis margine legitur, *σημείωσαι ὅτι ὁ περίπλους* (sic lege, nec *παράπλους*, quod in textu conspicitur) *ἴσος ἐστὶ τῶν τε Ἀσιανῶν καὶ Εὐρωπαίων τοῦ Πόντου μερῶν*, et postea, ad p. 17. v. 9. *τῶν τοῦ περίπλου τοῦ Πόντου σταδίων ἐπισυναγωγή.*

P. 17. l. 2. *ἀπὸ δὲ Ἀμισσοῦ ἕως τοῦ Φάσεως ποταμοῦ ἕως τοῦ στομίου*] Codex recte legit et addit, *ἀπὸ δὲ Ἀμισσοῦ ἕως τοῦ Φάσεως ποταμοῦ στάδιοι ͵γωβ, μίλια φζ* (*stadia* III. MDCCCII, *milliaria* DVII. Milliaria 507, accuratissime rem si spectas, non aequant stadia 5802, sed 5802 et dimidium; facilius credam, auctorem scripsisse *στάδιοι ͵γωβ β′*, libra-

rios autem omiſiſſe ultimum $\overline{\beta}$) ἀπὸ δὲ τοῦ Φάσεως ποταμοῦ ἕως τοῦ στομίου κ. τ. λ.

l. 12. Τῶν παρὰ τὴν Εὐρώπην μερῶν] Codex addit τοῦ Πόντου.

Hae ſunt variae codicis noſtri lectiones, vel potius veri legendi modi, quos recipere aliquando novus editor non dubitabit. Cum ſtadiorum milliariumque numeri ſcripti in codice ſint eo modo, qui ab hodierno aberrat, tabulae adiectae inſculpi exempla nonnulla curavi, quae palaeographiam amantes fortaſſe delectabunt. Simul codicis noſtri ſcripturam quodammodo repraeſentant.

II. Arrianus, *de venatione.* Sylburgius, *in catalogo bibliothecae palatinae*, p. 124. de hocce fragmento haec habet: „*Xenophontis Cynegeticus* „*in XXXVI. capita diſtinctus.*" Dicere ſaltem debuiſſet *Xenophontis iunioris,* ne haberetur huius de venatione libelli auctor Xenophon hiſtoricus. In multis codicis noſtri locis dignoſcere licet nomen Arriani, altera licet manu ſemper dimidiam ad partem id delente nomenque Xenophontis iunioris ſupponente. In titulo eſt: Ἀῤῥιανοῦ κυνηγετικός; recentior manus dat: Ξενοφῶντος Ἀθηναίου τοῦ δευτέρου. Primi capitis argumentum margini ita inſcriptum eſt: προοίμιον, ἐν ᾧ καὶ τὰ Ξενοφῶντι παραλειφθέντα εἰπεῖν Ἀῤῥιανὸς ἐπαγγέλλεται. Eadem recentior manus mutavit Ἀῤῥιανὸς in ὁ Ξενοφῶν οὗτος; editiones negligenter referunt οὗτος. Cap. XVII, quo auctor τούτου inquit μόνου ἕνεκα οὐ ξύμφημι τῷ ἐμαυτοῦ ὁμωνύμῳ, ad marginem ſcripta ſunt, ἤγουν Ξενοφῶντι τῷ Γρύλου (Γρύλλου) τῷ συγγραφεῖ, et in ope-

ris fine legimus, *πλήρης ὁ Ξενοφῶντος Ἀθηναίου τοῦ δευτέρου Κυνηγετικός*; fed verba *Ξενοφῶντος Ἀθηναίου τοῦ δευτέρου* manifefto recentioris funt originis, fuppofitaque verbo *Ἀῤῥιανοῦ*. Quibusdam locis, quae, cum antiqua fcriptura legi iam non poffet, reftituta funt, exceptis, plura manus iftius veftigia non reperiuntur, nifi in capite XII. *εἰσὶ γάρ τοι* (codex addit *κύνες*) *ἐχθραὶ ἀλλήλαις, καὶ ἄλλαι ἄφιλαι*, ubi *ἄφιλοι* fuper *ἄφιλαι* pofitum eft.

Salmasius hoc quoque opus defcripfit primus fecundum noftrum codicem. Vid. Fabricius, *Bibl. gr.* Vol. V. p. 104. *ed. Harlefii* V. Cl. Quod vero apographum typis non impreffum eft. Manufcriptum poftquam Romam transmiffum erat, Lucas Holstenius tranftulit in linguam latinam, Pariliisque edidit a. 1644. 4. Infra quasdam lectiones varias a primo editore neglectas referendi locus erit.

III. *Periplus Ponti Euxini, auct.* Arriano, *Ἀῤῥιανοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Τραϊανὸν* (editiones *Ἀδριανὸν*) *ἐν ᾗ καὶ περίπλους Εὐξείνου Πόντου.* Hoc opus in lucem protulit e codice noftro Sigismundus Gelenius, *Bafil. apud Frobenium.* 1533. 4. Gelenius transfcripfit illud fumma cum induftria, uti cetera fragmenta, quae eodem coniunxit volumine, fcilicet periplum maris Erythraei, cum, qui habet Hannonem auctorem, Plutarchi de fluviis opufculum, Strabonisque Chreftomathiam. Eius verbis, quae in editionibus recentioribus non ubique accurate redduntur, non nifi pauculi infunt errores, quos

iam indicabo, cum ſint repetiti in omnibus editionibus.

P. 3. l. 2. (*Geogr. min.* T. I.) οὐχ ὥσπερ ὁ Ξενοφῶν] Codex addit ἐκεῖνος, quod etiam in fronte operis occurrit.

P. 4. l. 16. ſqq. ἔστιν γάρ τοι καὶ ἐν Πόντῳ Εὐξείνῳ χωρίον (Ἀθῆναι) οὕτω καλούμενον, καὶ Ἀθηνᾶς ἱερόν ἐστιν αὐτόθι] Lege ad Codicem, ἐν Πόντῳ τῷ Εὐξείνῳ et καί τι καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν κ. τ. λ. De verbis χωρίον οὕτω καλούμενον, animadverto, ARRIANUM non ſolere omittere vocem οὕτω vel ὧδε, immo ſi affert eius, de quo agitur, nomen. P. 15. l. 5. ἔπειτα Μέλαινα ἄκρα ὧδε καλουμένη; p. 25. l. 32. ἐπὶ τὸν Ἄρακον ὧδε ὀνομαζόμενον. Cui mori convenienter legendum eſt p. 21. l. 8. codice praeeunte, εἰς τὸ Ψιλὸν οὕτω καλούμενον στόμα τοῦ Ἴστρου. Alii quidam auctores uſi ſunt eadem loquendi ratione, v. c. AELIANUS, N. A. V. 43. p. 166. *ed. Schneideri*, ζῶον τὸ μονήμερον οὕτω καλούμενον. ZENOBIUS, p. 109. ed. Schott. ναῦν τὴν οὕτω κληθεῖσαν Ἀργώ. SCHOLIASTES *Theocriti*, V. 117. ποτεκιγκλίζευ, προσεκινοῦ, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ κίγκλου οὕτω καλουμένου, ἔνιοι (lege ſecundum codicem Vaticanum, n. 915. καλουμένου ὀρνέου, ὃ νῦν) σεισοπυγίδα (idem cod. σεισιπύγην (13))

(13) Lectio σεισι non ſalſa; immo convenit cum canone grammaticorum conſueto. PHILEMON *lex. technol.* Ἀλεξίκακος, ὁ ἀποτρόπαιος, ἤτοι ὁ τὰ δεινὰ ἀπείργων. Τὰ ἀπὸ ἐνεστώτων ἢ μελλόντων γινόμενα ὀνόματα, ἐν τῇ συνθέσει τρέπει τὸ ω̄ εἰς ῑ. οἷον ἄρχω ἀρχιστράτηγος, αὔξω αὐξίφωνος, λύσω λυσίκακος, ἀλεξίκακος. *Idem:* Ἁμαρτίνους, ὁ κατὰ νοῦν ἁμαρτῶν, τὸ ῑ ἔχει ἐν τῇ ληγούσῃ. τὰ γὰρ ἀπὸ περισπωμένου ῥήματος γινόμενα, ἢ διὰ τοῦ ο̄ μικροῦ γίνονται, οἷον μισῶ μισογύνης, φιλῶ φιλόθεος, ἢ διὰ τοῦ ῑ, οἷον ἁμαρτῶ ἁμαρτίνους, οἰδῶ Οἰδίπους. Utrumque locum, ſicuti integrum Philemo-

καλοῦσιν. Clariſſimus WYTTENBACHIUS ait (Bibl. crit. Vol. I. P. 3. p. 47.): „Hoc uſu οὕτως eleganter abundat.“ (14)

P. 8. l. 27. ἡ δὲ χρόα τῷ Φάσιδι οἷα ἀπὸ μολίβδου] Codex melius: οἵα.

P. 10. v. 27. διέχει δὲ τοῦ Χώβου σταδίους ἐς δέκα καὶ διακοσίους μάλιστα] Vox μάλιστα *ad ſummum* transfertur, et ita omnes fere veterum ſcriptorum interpretes eam vertunt. At enimvero SALMASIUS, TAYLORUS et VILLOISONIUS hoc falſum praedicant. Verbis numeralibus ſi adiungitur μάλιστα, ſignificat *plus quam, amplius*, ut ὁμοῦ *circa, ad.* TAYLORUS

---

nem PHAVORINUS ſuo lexico intulit. Animadverſionem hanc non futilem, nec ab alio antea iam allatam eſſe equidem opinor. *Villoiſonius* de *Philemonis lexico* tamquam inedito ubique loquitur. In Apollonii, quem edidit, titulo leguntur: „praeter multa, huc usque *inedita*, Philemonis grammatici fragmenta.“ Non opus fuiſſet denuo haec fragmenta typis excudi, ſi apud *Phavorinum* eadem exſtare monuiſſet. Ruhnkenius, quamvis Philemonem Pariſiis non deſcripſit, tamen a VILLOISONIO iſtius auctoris apographum accepit; quod intellexi e VALCKENAERO *ad Adon.* p. 402. B.

(14) Οὕτω adiuncto verbo καλεῖσθαι interdum eſt explicatio τοῦ τοῦτο. HARPOCRATION et SUIDAS in voce Μουσαῖος: ὅτι μὲν ὁ κρινόμενος ἐπετήδευσε τοὺς οἰκέτας οὕτω καλεῖν δῆλον. Codex Vaticanus n. 375: τοῦτο καλεῖν δῆλον. Τοῦτο ſaepius hunc ſenſum obtinet. Vid. e. c. SCHAEFER *ad Longum* p. 369. Vox rarius uſurpata ταύτῃ eſt. SCHOLIASTES *Platonis* p. 50. *ed. Ruhnk.* καὶ ταύτῃ καλεῖσθαι ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι τῷ οἴνῳ. AELIANUS a SUIDA laudatus v. Ἐπίκουρος: Τιμούχους· καλοῦσι δὲ ταύτῃ τοὺς ἄρχοντας Μεσσήνιοι, et N. A. XIV. 15. ἐξ ὅτου μὲν σπάσαντος τὴν ἐπωνυμίαν ἐκείνου (ſequere cod. Vaticanum n. 997. et lege ἐσπάσατο τ. ἐπ. ἐκείνην) εἰπεῖν οὐκ οἶδα· κέκληται γοῦν ταύτῃ. PLATO (*Philebus* cap. 3.) καὶ νῦν τὴν μὲν Ἀφροδίτην, ὅπῃ ἐκείνῃ φίλον, ταύτῃ προσαγορεύω. Haec ſunt verba codicis vaticani n. 226. editiones exhibent ταύτην. Paullo poſt legitur: ἔστι γὰρ ἀκούειν μὲν οὕτως ἁπλῶς ἕν τι, μορφὰς δὲ δήπου παντοίας εἴληφε. Perperam vertitur: *Rem unam quidem audimus, formas tamen* etc. Diſtinctio ita fieri debet: ἔστι γὰρ, ἀκούειν μὲν οὕτως, ἁπλῶς ἕν τι κ. τ. λ. Videatur de formula loquendi ἀκούειν μὲν οὕτως REIZIUS *ad Vigeri idiot.* p. 733. *ed. Hermanni.* et WOLFIUS *ad Demoſth. adv. Lept.* p. 235. Hic, *nos vulgo*, inquit, *wenn man es ſo hört. ut* οὕτως *negligentius poſitum ſit, re nondum accuratius cogitatâ.*

ad Demosth. p. 832. (Tom. I. *appar. ad Dem. ed. Reiskii*): „Cum definitum numerum paullo exce-„dit, dicimus *μάλιστα* aut aliquid simile. PLATO „in *Critia* [Tom. X. p. 47. ed. bipont.] .... *πολε-„μεῖν ἤδη κατὰ τὰ ἔτη, περὶ δύο μάλιστα ὄντας μυριά-„δας.* quae verba non recte a plurimis accipiuntur. „Nam si cum *Salmasio* graeci sermonis proprietatem „spectes, non *circiter* aut *admodum*, ut illi, expo-„nes, sed quod binas myriadas aliquantulum *exce-„dit.* *Μάλιστα τρία τάλαντα* apud *Demosthenem*, „inquit vir ille summus *de modo usurarum* p. 156. „sunt III. talenta *et quod excurrit.* Contra, si di-„xisset *ἐμοῦ τρία τάλαντα*, aliquid deesset ad sum-„mam trium talentorum.“ *Villoisonius* hunc lo-cum in animadversionibus ad Pindarum ineditis denotans addit: „*Vigier* n'a pas entendu cet idiotis-me, cap. 7. sect. 8. [p. 416. ed. Herm.] lorsqu'il dit: *μάλιστα* idem fere est quod *ἐπιεικῶς*, id est, *admodum*, vulgo bien jusques; apud Atticos prae-sertim, ut apud Thucydidem, Xenoph. et alios. sed tunc fere cum numeralibus iungitur. Thucyd. c. 58. *ἐν τεσσαράκοντα μάλιστα ἡμέραις*, *diebus ad-modum*, vel *omnibus quadraginta.* C'est pendant plus de quarante jours. Je m'etonne, que *Hooge-veen* et *Zeune* n'aient pas relevé cette erreur. [Ne-que Hermannus errorem correxit.] C'est une tour-nure fort ordinaire aux Attiques, suivant la remar-que de *Saumaise*. J'ajoute qu' HESYCHIUS explique *μάλιστα* par *πλέον*. *Henry Etienne* l'explique par *fere*, *Budée* le rend par *circiter*; mais cette expli-cation lui paroît suspecte. *Constantin* croit, que

c'eſt *tout au plus.*" *Thucydides* atque *Xenophon*, quorum editor, celeberrimus *Gailius*, hunc graecismum forſan luce clariore donabit, vocem μάλιστα ſaepiſſime hoc ſenſu inſtruunt. Μάλιστα et ὑπὲρ interdum iuncta inveniuntur. Arrianus, *exped. Alex.* l. V. c. 19. τό, τε μέγεθος ἐθαύμαζεν, ὑπὲρ πέντε πήχεις μάλιστα συμβαῖνον.

P. 17. v. 11. Κοτυόρων] Codex: κοτυώρων. Vid. v. 7.

v. 18. εἰς τὴν Ἀῤῥηντιάδα νῆσον] Abreschius, animadv. ad Aeſchyl. p. 87. corrigit Ἀρητιάδα ν.

P. 19. v. 4. Ζικχοὺς καὶ Σάνιχας. Ζικχῶν] Cod. ζιλχοὺς καὶ σάνιχας. ζιλχῶν. In margine σικχοί. σάνναι.

P. 23. v. 1. ἀποσχῶσιν] Codex: ἀπόσχωσιν, quod melius convenit regulae grammaticorum. Videamus, quae vocabularium bibliothecae St. Germani n. 177 (15) manu ſcriptum de hac re habet: Κατάσχωμεν, οὐ κατασχῶμεν λέγομεν, ἐπειδὴ πᾶς ὑποτακτικὸς χρόνος μονοσύλλαβος εἰς ω λήγων, ἔχων τὴν μετοχὴν εἰς σ ὀξύτονον, τὸν αὐτὸν τόνον καὶ ἐν τῇ συνθέσει φυλάττει· βῶ ἀναβῶ, θῶ ἀναθῶ, δῶ ἀναδῶ. εἰ δὲ μὴ εἰς σ ὀξύτονον ἔχει τὴν μετοχήν, ἀλλ' εἰς ν, οὐκ ἔχει τὸν αὐτὸν τόνον, οἷον σχῶ κατάσχω καὶ κατάσχω-

---

(15) Hocce vocabularium re vera nihil eſt aliud, quam epitome e lexico Suidae compoſita, in qua praetermiſſae ſunt omnia fere loca hiſtorica. Continet tamen nonnulla, quae in noſtris editionibus fruſtra quaeruntur, ad grammaticam pertinentia et inprimis ad proverbia. Haec tam egregie tractata ſunt, ut paroemiographi Schotti nonniſi collatis huius mſpti proverbiis denuo edendi videantur. Deſinunt, quod dolendum, in littera Π. Vid. Montefalconius, *Bibl. Coislin.* p. 230.

μεν, ἡ μετοχὴ γὰρ σχών. In Apollodoro, I. cap. 9. v. 27. nonnulli fortaſſe defendere conarentur lectionem vulgatam ζητεῖν ὅπως Πελίας αὐτῷ δίκας ὑπόσχῃ. Heynius poſuit ὑποσχῇ, quae eſſet forma praeſentis ſubiunctivi verbi ὑποσχέω. Idem ſubiunctivus occurrit in Xenophonte Ephesio, p. 84. *ed. Locellae*; ſcio vero ita legi editore invito. Codex atque ceterae editiones habent ὑπόσχῃ. Clariſſimus De Locella quoque deleri voluit in *Emendandis* p. 77. v. 14. vocem ὑποσχοῖμι, quia poſtea ſibi perſuaſum habebat, lectionem libelli ipſius non eſſe corruptam. In Platonis *Lyſi* p. 42. *ed. Heind.* legimus πρόσχωμεν τὸν νοῦν; ſed p. 358. dicitur: Pro πρόσχωμεν lege προσσχῶμεν. Neque hoc, neque illud verum, nam ſcribendum eſt πρόσσχωμεν. De duplicata littera σσ vid. Schaeferus ad Iulian. p. XXII. cui adſentio.

P. 24. l. 8. Καρία κλήζεται] Codex κλήϊζεται.

Cum mihi innotuiſſet e nota Valeſii manuſcripta, Arriani de Achille locum recitatum eſſe a Leone Diacono in ipſius hiſtoriis nondum editis, conſului hac de re Nobiliſſimum *Haſium*, editorem Leonis hiſtoriarum futurum, cui Pariſiis manuſcriptorum bibliothecae imperialis cura ſecundo loco demandata eſt. Hic ea erat erga me liberalitate, ut mecum libri IX Leonis locum, cuius in Arriani libello, qualis in codice noſtro eſt, ne veſtigium quidem reperitur, memorabilem communicaret hunc: Ruſſi ſive Tauroſcythae, a Zimiſce fugati, in urbem Siliſtriam ſe coniiciunt, quae a Grae-

cis noctu circumdatur. Ruſſi, craſtina luce erumpendi conſilio capto, numinibus ſuis, adhuc pagani, ſacrificia humana devovent, ἐναγισμοὺς δὲ πεποιηκότες, ἐπὶ τὸν Ἴστρον ὑπομάζια βρέφη καὶ ἀλεκτρυόνας ἀπέπνιξαν, τῷ ῥοθίῳ τοῦ ποταμοῦ ταῦτα καταποντώσαντες. Λέγεται γὰρ, pergit Leo fol. 515. Codicis pariſii n. 1712. Ἑλληνικοῖς ὀργίοις κατόχους ὄντας, τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον θυσίας καὶ χοὰς τοῖς ἀποιχομένοις τελεῖν, εἴ τε πρὸς Ἀναχάρσεως ταῦτα καὶ Ζαμόλξιδος, τῶν σφετέρων φιλοσόφων, μυηθέντες, εἴ τε καὶ πρὸς τῶν τοῦ Ἀχιλλέως ἑταίρων. ἈΡΡΙΑΝΟΣ γάρ φησιν ἐν τῷ Περίπλῳ, Σκύθην Ἀχιλλέα, τὸν Πηλέως, πεφυκέναι, ἐκ τῆς Μυρμηκιῶνος καλουμένης πολίχνης, παρὰ τὴν Μαιῶτιν λίμνην κειμένης, ἀπελαθέντα δὲ πρὸς τῶν Σκυθῶν διὰ τὸ ἀπηνὲς, ὠμὸν, καὶ αὔθαδες τοῦ φρονήματος, αὖθις Θετταλίαν οἰκῆσαι. Τεκμήρια τοῦ λόγου σαφῆ ἥτε τῆς ἀμπεχόνης σὺν τῇ πόρπῃ σκευὴ, καὶ ἡ πεζομαχία, καὶ ἡ πυρσὴ κόμη, καὶ οἱ γλαυκιῶντες ὀφθαλμοὶ, καὶ τὸ ἀπονενοημένον, καὶ θυμοειδὲς, καὶ ὠμὸν, ἃ καὶ ὀνειδίζων Ἀγαμέμνων ἐπέσκωπτεν, οὑτωσὶ λέγων·

Αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πόλεμοί τε, μάχαι τε.

Φόνῳ γὰρ εἰσέτι καὶ αἵματι τὰ νείκη Ταυροσκῦθαι διακρίνειν εἰώθασιν.

Data mihi hac occaſione utor, ut Nobiliſſimo *Haſio,* ob animum, qui ei erga me eſt, egregie benevolum, cuiusque multis argumentis gaudeo, publice gratias agam, virisque doctis virum iuvenem annuntiem, qui accuratae ſcientiae ingenium, ſenſum pulchri ſummamque modeſtiam iungit; quod

editio operum *Leonis Diaconi* luculentiſſime teſtabitur. (16)

IV. *Periplus maris Erythraei, auctore Arriano,* Ἀῤῥιανοῦ περίπλους τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Gelenii opera hic periplus primum typis impreſſus eſt, iunctus cum alio eiusdem auctoris periplo. Utrumque opus, praecipue illud, in noſtro codice erroribus repletum eſt. Librarius quodammodo ipſe hoc innuit, dum in utriusque libelli fine ſe comparaſſe eos cum bonae notae exemplo negat: διώρθωται οὐ πρὸς σπουδαῖον ἀντίγραφον.

V. *Periplus Libyae, auct. Hannone,* Ἄννωνος Καρχηδονίων βασιλέως περίπλους τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλέους στήλας Λιβυκῶν τῆς γῆς μερῶν, ὃν καὶ ἀνέθηκεν ἐν τῷ τοῦ Κρόνου τεμένει, δηλοῦντα τάδε κ. τ. λ. Hoc fragmentum nuſpiam reperitur niſi in noſtro codice, qui idem eſt *voſſianus,* cuius mentionem facit Fabricius, *Bibl. graec.* Vol. I. p. 42. In lucem prolatum eſt a Sig. Gelenio. Vid. n. 3. Conr. Gesneri correctio, ὄρη μεστὰ ἀνθρώπων ἀγρίων (Geogr. min. t. I. p. 3. l. 23.) pro μετὰ ἀ. ἀ. manuſcripto innititur, quod ad cetera Gelenius accurate exſcripſit.

VI. Philo Byzantinus, *de ſeptem miraculis mundi,* Φίλωνος Βυζαντίου περὶ τῶν ἑπτὰ θεαμάτων. Prima huius auctoris editio curata eſt, ex noſtro codice, a Leone Allatio, *Romae,* 1640. 8. Obſcendunt in ea plures errores, qui a codice abſunt.

---

(16) Et mihi liceat, praeceptori quondam meo animum in perpetuum devinctiſſimum publice profiteri. C. A. W.

Cum operae non ſit pretium alio tempore reverti ad hoc opuſculum, iam notabo codicis praecipuas correctiones.

Prooem. p. 2. v. 17. καὶ περὶ τῶν κατὰ μέρος φεύγουσιν αἱ μνῆμαι] Codex: καὶ περὶ τὰ κατὰ μέρος κ. τ. λ.

Cap. 1. *Horti penſiles*, p. 5. v. 21. αἱ δὲ τῶν ὑδάτων ἀγωγαὶ .... κοχλιοειδῶς ἀνατρέχουσιν] Codex: ἀνατρεχάζουσιν. Vid. notae Leonis Allatii, p. 34.

P. 6. v. 15. ἡ ῥίζα .... βεβηκυῖαν ἀσφαλῶς τὴν φύσιν τῶν δένδρων συμφυλάσσει] Editor ad exemplum veterum ſcribarum vocem notam rariori ſubſtituit. Lege ad codicem τὴν φυὴν τῶν δένδρων. Locutio βεβηκέναι ἀσφαλῶς non raro obviam ſit pro ἀσφαλῶς ἵστασθαι. Vid. Wesselingius et Valckenaerus *ad Herodotum* p. 581. Plures veterum ſcriptorum interpretes hanc locutionem non intellexerunt et ſic coniecturas ineptas ediderunt. Cornutus, *de nat. deor.* c. 26. οὔτε γὰρ ἵσταται, τὸ σύνολον ἀνηρέμητος ὑπάρχων, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα εὖ βεβηκέναι δοκεῖ. Galius εὖ transmutari vult in οὐ, quo ſenſus prorſus immutaretur. Villoiſonius, qui in collectaneis ad Cornutum ineditis εὖ retinet, Galii coniecturam non diiudicat. Philostratus, Icon. I. 16. p. 788. de tauro Paſiphaes, εὔκερώς τε καὶ λευκὸς καὶ βεβηκώς. Valesius in notis ad hunc locum manuſcriptis πεπηγὼς pro βεβηκὼς proponit. Vocem πεπηγὼς in ullo ſi invenirem codice, gloſſam putarem; ac re vera *Philoſtrati* Scholia (ad Her. p. 547.) βεβηκυῖαν per ἑστηκυῖαν,

πεπηγυῖαν explicant. Patet ceterum e notis in Eusebium (hist. eccles. l. X. p. 469.) Valesio vocis *βεβηκέναι* sensum latuisse. Capere enim nequit, „quomodo probe fundata sit domus, *si lapides incedunt.*“

Cap. 2. Pyramides Memphidis, p. 7. v. 10. *τετραγώνου γὰρ τῆς στάσεως ὑφεστώσης*] In versione legitur, *stat quadrata basis*. Scribendum est, uti in codice invenimus, *τετραγώνου δὲ τῆς βάσεως ὑφ.*

Pag. 8. v. 17. *προσέτι δὲ*] Codex: *πρόσεστι δὲ*, quod restituendum est.

v. 25. *ἡ ἐπὶ τῆς κορυφῆς στάσις σκοτεῖ τὰς ὄψεις*] Verbum *σκοτέω* ignotum est. Codex manifesto exhibet *σκοτοῖ*, quod restituendum. Postea ita distinctionem vocabulorum facit: *τῶν εἰς τὰ βάθη καταθεωρούντων της* (*sic*) *προσόψεως· τῇ χάριτι κ. τ. λ.*

P. 9. v. 1. *παρύφαγκον*] Codex: *παρύφανκεν* (sic).

Cap. 3. Iupiter Olympius, p. 9. v. 26. *διὰ τοῦτο φύσις*] Codex: *διὰ τοῦθ' ἡ φύσις.*

P. 10. v. 6. *ἀγέλαις ἐλεφάντων ἡ Λιβύη δαψιλεύσεται*] Hemsterhusius *ad Lucian.* Vol. I. p. 452. corrigit *δαψιλεύεται.*

Cap. 4. Colossus insulae Rhodi, p. 11. l. 15. *ἐν ταύτῃ κολοσσός ἐστι πηχέων ἑβδομήκοντα*] Lege secundum codicem *κολοσσὸς ἔστη πήχεων ἑβδομ.*

l. 18. *ἡ γὰρ εἰκὼν τοῦ θεοῦ μόνοις ἐγνωρίζετο τοῖς ἐξ ἐκείνου*] Codex: *ἐγινώσκετο.*

P. 12. l. 21. ἐπαποϱεῖ γὰϱ ὁ θαυμαστὴς] Ita Leo Allatius correxit. Codex habet ὁ θαυμαστὸς et postea ῥώμαις pro βίαις.

P. 13. l. 5. εἵϱησε] Corrigendum est praeeunte codice ἤϱεισε, verbi ἐϱείδω.

v. ult. ἐπιδεδόμηται] Schneiderus verbum ἐπιδομέω dubium putat. Hic certe locus, quem ille recitat, hoc verbum esse in lingua graeca probare nequit; in nostro enim codice legitur ἐπιδεδώμηται. Et pag. 15. v. 24. δεδώμηται reperitur pro δεδόμηται editionis. Pag. 7. v. ult. vero adhibetur ἐπιδεδόμηνται, quod Leo Allatius in suam editionem recepit.

P. 14. v. 17. χοῦν γῆς ἄπλατον πεϱιχέων] Leo Allatius: pulverem *immensum*. Lectio bona. Dicebant Graeci ἄπλετος et ἄπλατος. vid. Pierson *ad Moer.* p. 24. Ita quoque ἀπλετομεγέθης et ἀπλατομεγέθης. Proxima vox occurrit in Eudocia p. 225.

Cap. 5. *Muri Babylonii*, p. 15. v. 18. οὐκ ἐν τῷ μεγέθει μόνῳ] Codex: μόνον. et p. 16. v. 25. ἐντὸς τοῦ τείχους pro ἐντὸς τείχους.

Cap. 6. *Templum Dianae Ephesiae.* Hocce caput typis expressum est adiecta versione latina in Gronov. *thes. antiquit.* Vol. VII. p. 389. secundum exemplum Luc. Holstenii, qui Philonis edendi consilium ceperat.

P. 17. v. 6. s. τὸν οὐϱάνιον τῆς ἀθανασίας κόσμον ἐπὶ γῆς ἐπειϱεῖσθαι] Ita Leo Allatius. Holstenius dedit ἀπηχθεῖσθαι, vertens: *mundum caele-*

ſtem immortalium deorum in terras demigraſſe. Conſiteor, neutram lectionem mihi placere. Codex offert ἀπηρεῖσθαι (ει γά above) (ſic), i. e. ἀπειργάσθαι. Praefero tamen ἀπηρεῖσθαι.

P. 18. v. 1. εἰς τὰ κατὰ γῆν καμπτόμενα] Hic locus apud LEONEM ALLATIUM depravatus exſtat. Codex habet καλυπτόμενα, uti legimus apud GRONOVIUM. Ceterum qui eſt ſcribendi modus noſtri codicis, nil eſt facilius, quam duas hasce voces confundere. Vid. quoque VALCKENAERUS *ad Theocrit. Adon.* p. 229. B. DORVILLE *ad Charit.* p. 470. SUIDAS: Λυγιζόμενος, στρεφόμενος, καλυπτόμενος κ. τ. λ. KUSTERUS et ABRESCHIUS (Acta Soc. Trai. Tom. I. p. 259) (17) iure mutant καμπτόμενος.

Deſinit ſcriptum in verbis μετεωροφανὲς, καὶ περί... quibus recentior manus adſcripſit λείπει φύλλα τινά.

---

(17) Doctiſſimus ABRESCHIUS monet, Platonis locum a Suida laudatum non legi in *Gorgia,* ſed in *Republica,* l. III. (Vol. VI. p. 300. ed. Bipont.). Editiones habent ex errore ἀποστραφῆναι λογιζόμενος pro λυγιζόμενος. Idem offendit vitium in TATIANO (adv. Graecos, p. 160. A. edit. Paris. 1615.) τοῦτο μὲν τοῖς ὀφθαλμοῖς μαρμαρύσσοντα, τοῦτο δὲ τὼ χεῖρε λογιζόμενον. Reſtituendum eſt λυγιζόμενον ſecundum excellens manuſcriptum mutinenſe, quod iam eſt Pariſiis, cuius in margine legitur: τοὺς ἐν τοῖς θεάτροις ὑποκριτὰς λέγει. Vid. de λυγίζεσθαι SCHOLIASTES *Gregorii Nazianzeni* ad ſtelit. 2. p. 107. ed. Montag. CEDRENUS p. 639: διὰ λογισμάτων ἀπρεπῶν καὶ γελώτων καὶ παραφόρων κραυγῶν. Legendum eſt, uti margo exponit, λυγισμάτων. SUIDAS in *ed. Kuſteri* habet, Ἴδισμα, λόγισμα. L. BOSIUS *animadv.* p. 157. et SCHWEIGHÄUSERUS *opuſc. academ.* P. II. p. 208. corrigunt ἴγδισμα, λύγισμα; HENRICUS STEPHANUS vero (*ind. theſ.* v. ἴγδισμα) ante longum tempus iam eandem lectionem propoſuerat. — ABRESCHIUS inſuper notat, verba κάμπτεσθαι et λυγίζεσθαι iuncta ſibi interdum inveniri. Loco THEMISTII, quem ille commemorat, HELIODORUS, l. IX. cap. 19. p. 376. ed. Coraii addi poteſt.

VII. *Chrestomathia Straboniana*, curata a Sig. Gelenio secundum nostrum codicem. Vid. N. 3. Codex ab initio habet: Σὺν θεῷ χρηστομάθειαι ἐκ τῶν Στράβωνος γεωγραφικῶν βιβλίου α̅, et in fine, Στράβωνος γεωγραφικῆς χρηστομαθείας βίβλοι ι̅ζ̅. Hoc grave opus non alio loco exstare dicitur, quam in nostro codice. Attamen Bredovius me certiorem fecit, se partem in alio codice bibliothecae parisiae, qui est no. 571. codd. graec., invenisse. Singula transeo, ne tanta scripti amplitudine epistola haec nimium extendatur.

VIII. Plutarchi *de nominibus fluminum ac montium, et de iis, quae in his reperiuntur, libellus,* Πλουτάρχου περὶ ποταμῶν καὶ ὀρῶν ἐπωνυμίας, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς εὑρισκομένων, primum a Sig. Gelenio editus ad nostrum codicem, quem unum noscimus. Dodwellus et alii negant, neque immerito, hunc libellum Plutarcho esse adscribendum. Eadem opinio in margine codicis legitur, ubi manus haud recentissima haec adscripsit: Ψευδεπίγραφον τοῦτο. πόῤῥω γὰρ τῆς Πλουτάρχου μεγαλοφυΐας ἥτε διάνοια καὶ ἡ φράσις, εἰ μή τις ἕτερος εἴη Πλούταρχος. Quod ad verba libelli attinet, non descripta sunt tanta cum diligentia, quam multa alia huius codicis scripta. Gelenius emendationes aliquot inseruit, quas si nostrae aetatis editor invenisset, nae illis haud parum statueret pretium, e. c. Γάργαρον pro Τάρταρον cap. XIII. f. 3. Σθενῶ pro Θεννῶ cap. XVIII. f. 6. et Χλῶριν pro Χώνην cap. V. f. 3. In manuscripto multae deprehenduntur voces accentu destitutae vel puncto notatae, quod, uti supra dixi, in-

dicat, librarium eas corruptas putaſſe. Idem lineola obliqua, medio inſcripta margini, ea notat loca, quae minus accurate ſcripta cenſet. In verbis ſine accentu referuntur e. g. *γυναικιαις*, quod MAUSSACUS felici ingenio mutavit in *κυνηγίαις*, cap. III. ſ. 1. *χωριοις*, cuius in locum WYTTENBACHIUS proponit *χορείαις*, cap. IV. ſ. 3. (18) et verbum *ἀκούει* in locutione *ἅμα γὰρ σάλπιγγος ἀκουει, ἐπὶ τὴν ὄχθαν προχωρεῖ* (λίθος), cap. XVII. ſ. 2. WYTTENBACHIUS: *ἅμα γὰρ σάλπιγξ ἀκούεται*. Fortaſſe ſcribendum eſt *ἅμα γὰρ σάλπιγγος ἀκοῇ*. Critici huius operis interpretis intereſt ſingularis de eo animadverſio. Auctor nempe multa verba habet ſibi omnium gratiſſima, vel potius ſcriptum eius non egreditur parvum numerum locutionum, quae usque repetuntur. Haec ſterilitas multum adiuvit editores in reſtituendis locis corruptis; formulas enim iſtas, quibus auctor tam frequenter utitur, ſi reddimus, perſuaſum nobis habeamus, reperiſſe nos, quae ille ſcripſerit. Vix crederemus, ſcriptorem adeo verborum copia deſtitutum compoſuiſſe phraſin, quae admirationem ſuſcitare poſſet, quam-

(18) *Ἀναξιβίαν νύμφην Ἥλιος θεασάμενος χορείαις προσευχαιροῦσαν, εἰς ἐπιθυμίαν αὐτῆς ἐνέπεσεν.* Mutatio optima eſt. CALLISTRATUS p. 890. *ed. Olear.* *εἰς χωρίον εὐτρεπίζων τὸ σχῆμα.* Lege *εἰς χορείαν*, ſecundum codicem Vatican. No. 87.; ſic etiam ingenioſe eruit IACOBSIUS, *exercit. crit.* T. II. p. 6. ſ. *Προσευχαιρεῖν* adnumerandum eſt verbis, quae amat *Pſeudoplutarchus*. Vid. cap. III. ſ. 1. et XXV. ſ. 1. Aliud verbi *εὐχαιρεῖν* compoſitum, ſcilicet *συνευχαιρεῖν*, legitur ſecundum codicem venetum No. 445. in SCHOLIASTE *Luciani* (Vol. II. p. 751.) *καὶ τὸ τοῦ βίου λοιπὸν δυσαποσπάστως ἔσχηκε τούτου, τερατείαις τε συνευχαιρῶν κ. τ. λ.* Editiones: *συγχαίρων*, quod mihi quidem multo magis a veritate abeſſe videtur.

quam

quam Maussacus magna exornat laude verba τῷ χρόνῳ δαπανηθεὶς, ἔπεσεν εἰς τὴν Μίδου κρήνην, cap. X. ſ. 2. *Mira*, inquit, *eſt elegantia vocis δαπανηθεὶς, quaſi exeſus et conſumtus tempore.* Quae tamen locutio neque rara eſt, neque exquiſita. Invenitur e. g. in Porphyrio *de abstinentia*, l. IV, p. 335. ed. *Jacobi de Rhoer*, οὔτε ὑποδήματα ἀμείβουσιν, πρὶν διαῤῥαγῆναι πρότερον παντάπασιν ἢ δαπανηθῆναι τῷ χρόνῳ (19). Genitivum Μίδου Maussacus immerito ſubſtituit formae Μίδα, quae eſt in mnſpto et editione prima, quamque rectiſſimam eſſe magna exemplorum ſimilium (20) a Fischero, *animadv. ad Weller.* P. I. p. 357. ſ. prolatorum copia probatur et a Diogenian. VIII. 53. τὸν Μίδα πλοῦτον καὶ Κροίσου καὶ Κυνήρου. (Scribe Κινύρου, et conf. Libanium *pro Olymp.* p. 77. εἰ Μίδαν ὁμοῦ καὶ Κροῖσον καὶ Κινύραν πλούτῳ παρήει.) In Conone, cap. I. legitur, τὰ περὶ Μιδᾶ καὶ Βρίγων. Heynius adnotat (p. 170.): „*Solemne eſt* Μίδας, Μίδου. *Apud*

---

(19) Vid. quoque Longus III. p. 97. *Vill.* ἵνα αὐτὸ (τὸ μῆλον).... χρόνος δαπανήσῃ κείμενον. Onosand. *ſtrateg.* p. 12. *ed. Schweb.* Choric. *apud Fabric.* bibl. gr. Vol. VIII. p. 857.

(20) Thom. Mag. p. 832. de his genitivis ſequentem conſtruit regulam: Ἁμαρτάνουσιν οἱ λέγοντες ταμία ἐπὶ γενικῆς, καὶ μὴ ταμίου. μόνα γὰρ τὰ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς, ἢ εἰς ας, ἢ εἰς ρας, τρέπει τὴν γενικὴν εἰς ου· οἷον Μειδίας Μειδίου, Διαγόρας Διαγόρου, καὶ ταμίας ταμίου. Qui locus ex Herodiano (*Hermannus* de emend. rat. Gr. Gr. p. 303.) in Thomam ingeſtus eſt; nec non in Philemone, unde a Phavorino transſcriptus eſt, occurrit. Canon ille vero nimis generalis eſt; nam eodem iure dicimus Πυθαγόρα et Πυθαγόρου, μανδραγόρα et μανδραγόρου. Hemsterh. *ad Lucian.* Vol. I. p. 103. Item Ἱππότα et Ἱππότου. Ruhnken. *ad Vellei. Pat.* p. 12. „*apud Tzetz. ad Lycophr.* 1388. ἡγήσατο τῆς ἀποικίας Δωριέων τῆς εἰς Κνίδον Ἱππότας „ὁ Ἀλήτης, *male ſcribitur* Ἱππότας *pro* Ἱππότα." *Pindari* Scholiastes (Vol. II. p. 442. *Heyn.*) Ἀλήτης... ἦν γὰρ Ἱππότου. Villoisonius Κόρινθον pro Κνίδον apud *Tzetzen* legere voluit.

Herodotum Μίδας, Μίδεω. *Insolens forma* Μιδᾶς, Μιδᾶ." Restituendum est τὰ περὶ Μίδα κ. Βρ. ad exemplum codicum quorumdam parisiorum. Vid. quoque Creuzerus, in hist. gr. fragm. p. 254.

De cap. XIV. f. 5. καὶ ὃς ἂν εὑρεθῇ τὸν λίθον ἐκεῖνον ἔχων, παραχρῆμα βασιλεὺς γίνεται, adnoto, in codice legi ὃς ἂν εὕρῃ (sic) τὸν λίθον κ. τ. λ. Gelenius restituit εὑρεθῇ, nam εὕρῃ non haberet significationem verbi passivi. Ruhnkenius *ad Xenoph. Mem. Socrat.* II, 5, 5.: „*Viri docti* εὑρέντος *capiunt pro* εὑρεθέντος, *durissima enallage, ut bene* „*indicat Dorvillius.*" Hic locus in memoriam revocat unum ex Heroicis Tuis, Amice Dilectissime, de quo huc afferre observationem permittas mihi quaeso. P. 94. οὔτε Μύσια ἐποίησεν ἔπη (Ὅμηρος), οὔτε εἰς μνήμην κατέστη τοῦ ἔργου τούτου, ἐν ᾧ καὶ γυνὴ καλλίων Ἑλένης εὗροιτ' ἂν, καὶ ἄνδρες οὐ παραπολὺ Ἀχιλλέως τὴν ἀνδρείαν, καὶ ἀγὼν εὐδοκιμώτατος. Ad sensum quidem bene translatum est sic: in quo et mulier Helena formosior.... *inveniri potuisset.* Sed εὗροιτ' ἂν significare nequit *inveniri potuisset.* Optativo perfecti passivi opus foret. Dixisti, quinque codd. exhibere εὕρητο ἄν. Equidem duce meo certus corrigo εὑρῇτ' ἄν, forma attica, nec indigna Philostrato, verumtamen rara, quoniam librarii, quod non intelligebant, solebant mutare. Brunckius *ad Aristoph. Lysistr.* v. 235: „ὕδατος ἐμπλῇθ' ἡ κύλιξ. Certissimam Dawesii „emendationem recepi. Graecum verbum est ἔμ- „πλημι. Passivum ἔμπλημαι, ἐμπλήμενος: optati- „vus ἐμπλήμην, ἐμπλῇο, ἐμπλῇτο. *Acharn.* 236.

„οὐκ ἂν ἐμπλήμην λίθοις, ubi vulgo legitur ἐμπλεί-„μην. Sic βλῆμι, βλῆμαι, βλήμενος, βλήμην, βλῆο, „βλῆτο. HOMERUS, Iliad. ν. 288. εἴπερ γάρ κε „βλῆο πονεύμενος ἠὲ τυπείης.“ WOLFIUS quidem retinet vulgatam βλεῖο. BRUNCKIUS ad Lyſiſtr. v. 253. „κεκλήμεθ' ἄν. Male vulgo κεκλήμεθ', tam-„quam ſi eſſet praeteriti indicativi; eſt autem opta-„tivi. Sic a μέμνημαι μεμνήμην. *Plut.* 991. ἵνα.... „μεμνῆτό μου.“ Vid. BRUNCKIUS *ad Sophocl. Philoct.* v. 119. In HIMERIO p. 768. legimus: εἴθε μοι τὸ βῆμα τῶν τρισευδαιμόνων ὁ σὸς γοῦν τύμβος γεγένητο! WERNSDORFIUS ait: „Lege γεγένητο.“ Sine dubio ſcribere voluit γεγενῆτο. Verum indicativum γεγένητο commutare non opus eſt. Vid. HERMANNUS *ad Viger.* p. 741. ſq.

Infra correctiones huius operis quasdam, parvi quidem momenti, adducam. Nam ſi quis vir doctus tanta ingenii acritate, tantoque iudicio praeditus, quanto gaudet celeberrimus Wyttenbachius, operam navat in corrigendis verbis veteris cuiusdam ſcriptoris, certi eſſe poſſumus, nihil amplius addendum reſtare.

IX. PARTHENIUS *de affectionibus amantium*, Παρθενίου περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων.

X. *Metamorphoſium collectio*, *auctore* ANTONINO LIBERALI, Ἀντωνίνου Λιβεράλις μεταμορφώσεων συναγωγή.

XI. HESYCHIUS ILLUSTRIS *de origine Conſtantinopolis*, πάτρια Κωνσταντινουπόλεως κατὰ Ἡσύχιον Ἰλλούστριον, editus e noſtro codice a IOANNE MEURSIO, *Lugd. Bat.* 1613. 8. praefixo libello *de viris*

illuſtribus. MEURSIUS vertit *πάτρια* per *res patrias.* Equidem praeferam *origines.* Vid. de vi et ampla ſignificatione huius vocis HENRICUS VALESIUS ad *Euſebii* hiſt. eccl. l. IV. cap. 16. p. 174. ed. Read. Edam codicis lectiones, quas MEURSIUS, vel quia falſo legit, vel ex typographi negligentia, depravatas in ſua editione reddidit.

P. 43. v. 1. (*edit. Meurſii*) *δύο καὶ ἑξήκοντα τριακοσίων*] Codex, *δύο καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων.*

v. 3. *διεληλυθότων ἐνιαυτῶν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης*] In Codice legitur uti in *chronico conſtantinopolitano*, *τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ*, et paullo poſt *τῶν πραγμάτων αὐτῆς ἤδη πρὸς πέρας.*

v. 8. *ἤδη μὲν γὰρ τυράννοις ἢ βασιλεῦσι*] CUPERUS, obſerv. l. IV. p. 151. recte adnotat, verba h. l. eſſe corrupta. Pro *ἤδη δεῖ μὲν γὰρ*, quod proponit, legi mallem *ἔδει μὲν γάρ.* Codex nil aliud, niſi quod ante *βασιλεῦσι* pro *ἢ* exponit *καὶ.* Vide de commixtione verborum *ἤδη* et *ἔδει* BOECKHIUM *in Plat. Min.* p. 146.

v. 12. *ὑπό τινων ἀπῳκίσθη*] Scrib. uti in manuſcripto, *ὑπὸ τίνων* (*a quibus*) *ἀπῳκίσθη.*

P. 44. v. 1. *βορβύσης*] Cod. h. l. et p. 45. v. 4. *βαρβύσης.*

v. 6. *ἱέραξ*] Lege ad inſtar codicis et *chronici conſtant.* *κόραξ.*

v. 7. *μετετέθεικε*] Cod. *μετατέθεικε*, nec falſo.

v. 9. *ἐπιδείξαντος*] Cod. et Codinus, *ὑποδείξαντ‹ο›ς.*

v. 11. *Μεγαρεῖς .. ἀπὸ νήσου τὸ γένος κατάγοντας, εἴσπλοῦν* (l. *εἴσπλουν*) *ἐν αὐτῷ ποιησαμένους τῷ*

τόπῳ] Meursius non animadvertit, librarium delevisse primam lineolam literae η̄ vocis *νήσου*, eamque ob rem legendum esse *Νίσου* (21), uti viderunt Cuperus l. c. aliique. Nomen *Nisi* bene conservatum est in Pausania, (Vol. I. p. 151. ed. Fac.), qua de re Illustris Heyne, *ad Apollod.* (Vol. I. p. 120.), iustissimam hanc adscripsit notam: „*Lectio Pausaniae in nominibus propriis multo emendatior est quam aliorum scriptorum, qualis ea in libris ad nos pervenit.*“

v. 24. *λυθείσης τῆς παρθενίας*] Codex: *λυθείσης δ' αὐτῇ τῆς παρθενίας.* Lege cum Codino, *λυθείσης αὐτῇ τ. π.*

v. 25. *Ἥρα δὲ χολωθεῖσα*] Addenda sunt verba ex codice: *ἐπὶ τῷ γενομένῳ.*

P. 45. v. 5. *τὰ ἐσσόμενα*] Codex atque Codinus, *τὰ ἐσόμενα.*

v. 15. *τοὔνομα τοῦτο λαβόντα ἐκ τῆς θρεψάσης*] Haec est Codini ac manuscripti lectio. Meursius perperam mutavit *ἐκ* in *παρά.* P. 47. *αἱ τὴν ἐπωνυ-*

(21) Duo ista puncta, quae corrector superscripsit alteri literae η̄ lineolae, notant, ei placuisse substitui litteram ῑ. Vocales ῑ et ῡ in nostro codice duplici puncto notatae esse solent. Scribere potuisset quoque *νήσου*, quae duo puncta hoc modo literae η̄ superscripta aeque significant, eam nos pronuntiare oportere uti iota. Vid. Porsonus, *var. lect. e Cod. Harlei. ad Odyss.* I. 199. p. 34. Similis verbi *νήσου* correctio occurrit in epistola 19ª Hippocratis, *σὺ δ' ἡμῖν τὸ παρεὸν μάλιστα τὰς ὀρεινὰς καὶ ὑψϊλόφους βοτάνας ῥιζοτόμει.* Hoc corrector nostri manuscripti recepit. In editionibus est *ὑψηλόφους*, quam vocem *Epistolarum graec.* editor (p. 323.) transmutavit in *ὑψηλοφύτους.* Vox autem *ὑψήλοφος* non est graeca, licet Schneiderus eam commiserit vocabulario suo. Legimus apud Aristophanem (*in Ranis*, v. 818.), quem ille quasi testem laudat, *ὑψίλοφος*, idem in Coluth., v. 17. et 119. et in *Analectis* Brunckii, t. I. p. 214. XV.

μίαν ἐκ τῶν σικοφόρων δένδρων ἐδέξαντο. Pſeudo-Plutarchus de fluviis ſolet dicere *προσηγορίαν λαβεῖν ἀπό τινος.* Vid. cap. XVII. 3. XVIII. 6. XXIII. 1. Nonnullae editiones dederunt *ὑπό τινος.* WYTTENBACHIUS reduxit veram legendi rationem duce GELENIO ſeu noſtro codice. Cap. III. 1. omnes editiones habent *προσηγορίαν εἰληχὼς ἀπὸ τῆς συστροφῆς*, ſecundum tacitam quandam GELENII correctionem, Codex praebet *εἰληώς.* Equidem praeferam *εἰληφὼς*, quia auctor, quod ſupra monui, locutiones ſuas numquam variat.

v. 16. *κατὰ τὴν Θράκην νύμφης Βυζίης*] Codex: *κ. τ. Θρᾴκην νύμφης Βυζύης* (ſic). In margine: *πόθεν τῇ πόλει Βιζύᾳ* (ſic) *τὸ ὄνομα.*

P. 46. v. 5. *ἀποπτὰς ἔστη*] His verbis caret manuſcriptum. MEURSIUS ea recepit a CODINO, hoc non laudato.

v. 8. *ταφῆς τοῦτο κατέλειπεν*] Mſpt. et CODINUS *ταφῆς τοῖς ἐγχωρίοις κατέλειπεν.*

v. 15. *εἴποτε γὰρ σάλπιγξι ἢ φωνῇ τις ἑτέρᾳ*] Lege, ut eſt in codice et apud CODINUM, *εἴποτε γὰρ σάλπιγξ ἢ φωνή τις ἑτέρα*, et poſtea, *καὶ τῷ πρὸς τὸ πέρας κειμένῳ παρέπεμπον.*

v. 25. ſq. *Ῥέας μὲν, κατὰ τὸν τῆς βασιλικῆς λεγόμενον τόπον, νεών τε καὶ ἄγαλμα καθιδρύσατο. ὅτε καὶ τυχαῖον τοῖς πολίταις τετίμηται*] In codice nihil aliter. MEURSIUS verba poſtrema ita transtulit: *quod a civibus colitur*, neglexit autem vocem *τυχαῖον.* In commentario, p. 256: „*In Codino*, inquit, *et Chron. Conſtant.*, *ubi verbotenus hic locus* „*deſcriptus, ita legitur, ὅπερ τείχεον τοῖς πολίταις.*

„*Locus corruptus.*“ Neque vero eſt difficile reſtituere veram lectionem. Lambecius (*obſerv. ad Codin.* p. 138.) noſtram retinet. Lege, ὅ, τε καὶ Τυχεῖον τοῖς πολίταις τετίμηται, *quod et pro templo Genii publici a civibus colitur.* Quam correctionem eſſe veram argumento eſt locus Socratis, *hiſt. eccleſ.* l. III. cap. XI. Vol. II. p. 187. Θυσίας δὲ ἐπετέλει τῇ Κωνσταντίνου πόλεως Τύχῃ δημοσίᾳ ἐν τῇ βασιλικῇ, ἔνθα καὶ τὸ τῆς Τύχης ἵδρυται ἄγαλμα. Vox Τυχεῖον ſignificat templum *Genii publici*, nec *Fortunae.* Vid. Henrici Valesii *notas* doctas *ad Socr.* l. c., *ad Euſeb. de martyr. Palaeſt.* Vol. I. p. 433. et Ducangii Conſtantin. Chriſt. L. II. p. 148. (22)

(22) Henricus Valesius emendavit locum *Chronographiae* Theophanis, quo et ipſo veriſimiliter de Genii publici templo ſermo eſt. En locum ipſum (p. 94. B. ed. Pariſ. 1655.): Τῷ αὐτῷ δὲ τῷ ἔτει ἀνενεώθη ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὸ Γρατιανὸν βαλανεῖον καὶ ἡ βασιλικὴ μεγάλη εἰς τὸ στοιχεῖον. Valesius cenſuit, pro στοιχεῖον ponendum eſſe Τυχεῖον. Debeo correctionis huius notitiam beato Anssio de Villoison, qui fuit graecarum litterarum ſcientia adeo imbutus, ut immenſa eius eruditio omnem per Europam merito ſit celebrata, et nemo eſſet, qui magis cognomen βιβλιοθήκης ἐμψύχου καὶ περιπατοῦντος μουσείου mereretur. Conſilii, quod ex longo tempore iam ceperam de Luciano aliquid in lucem edendi, haud neſcius benigne et ultro collectionem egregiam notarum ineditarum, quas Henricus Valesius ſcripſit ad marginem exempli iſtius auctoris, quo gaudet bibliotheca publica aurelianenſis, et ex quo Illuſtris Villoisonius eam deſcripſerat, mecum communicavit. Immo mihi permiſit huc adferre emendationem illius loci Theophanis, quem forte detexi in eodem mſcpto, quod praeter notas illas in Lucianum magnum obſervationum ineditarum Valesii de multis auctoribus graecis atque latinis numerum continet. Huncce codicem nunc poſſidet *Dureaude-Lamalle*, vir clariſſimus, auctor operis, quod ſub titulo *Geographiae phyſicae maris nigri, Africae interioris, marisque mediterranei* Pariſiis a. 1807. prodiit. Ex iis, quas continet illud mſcpt., obſervationibus alterum *H. Valeſii emendationum* volumen, forma eadem, qua priores edidit *P. Burmannus*, Amſtel. 1740. 4. conſtrui poſſet.

v. ult. ἔνθα νῦν et p. ſeq. v. 6. ἔνθα καί] Codex in utroque loco offert ἔνθεν. In Timaeo, Λέξεις Πλατων., ad verbum δεκάζει, textus Ruhnkenianus habet: Δεκάζεται ὁ κρίσιν πιπράσκων, ἔνθα Ἀδέκαστος ὁ μὴ πιπράσκων καλεῖται. In celebri codice St. Germani, qui tam difficilis eſt explicatu, reperitur ἔν, quo ſignificatur modo ἔνθα, modo ἔνθεν. Melius legi ἔνθεν, *unde*, adparet, uti in ſcholiis Basilii *ad Gregorium Nazianzenum*, a Ruhnkenio laudatis, p. 124: „Ἔτνος εἶδος ὀσπρίου ... ἔνθεν καὶ ἐτνήρυσις." Data hac occaſione animadverto, textui Ruhnkeniano ineſſe levem errorem, p. 89. ubi legitur: Δρόμοι· ἡ περίπατος. Ultimam vocem coniecturam eſſe eius, cui Ruhnkenius lexicon deſcribendum demandaverat, veri eſt ſimillimum. Quae vero coniectura vitioſa eſt, quoniam dicitur ὁ neque ἡ περίπατος. Codex habet, ἡ περίπατοι, verum non dubito, quin reſtituendum ſit οἱ περίπατοι. Idem homo (fuit *I. Capperonnierus*) ad vocem διδαξάμενος dedit τελέσας τι ὑπὲρ ἑτέρου διδασκάλου, dum codex recte exhibet διδασκάλῳ, uti *Ruhnkenius* reſtituit.

P. 47. v. 14. τοὺς ἐπόντας ἀωθεῖσθαι βαρβ.] Codex: τοὺς ἐπιόντας ἀπωθεῖσθαι βαρβ.

v. 17. προσκαλούμενος εἰς μάχην] Ita Meursius ac Codinus. Lege, uti codex, προκαλούμενος, quae vera vox eſt. Vid. Kuhnius *ad Aelianum* Π. Ἱ. l. I. cap. 24.

v. 23. Ὀδρύσης δ' ὁ τῶν] Littera δ', quae in codice fruſtra quaeritur, delenda eſt.

P. 48. v. 4. ſ. ἐμφανεῖσα δίκην βελῶν καὶ ἀκοντίων] Codex: ἐπιφανεῖσα δ. β. ἢ ἀκοντίων.

v. 9. οἷα εὐεργέτας] Cod. ὡς οἷα εὐεργέτας, quod non eſt permutandum. *Aelianus*, N. A. IV. 16. p. 112. ὁ δὲ ἔπεισι γαῦρος, ὡς οἷα δήπου κρατῶν ἤδη. Eudocia p. 161. de Eriphyle, ἣ χρυσὸν ἔλαβεν ἀντὶ τοῦ ἀνδρὸς, ὡς οἷον ἀπεμπολήσασα ἐκεῖνον ὅρμου χρυσοῦ. Theodor. Prodr. *amor. Rhod.* l. I. p. 10. εἰς γῆν κατακλιθέντες ὡς οἷα κλίνην. Plochir. v. 115. τρέφεσθαι δὲ λαχάνοις χλοηφόροις Ὡς οἷα κάπρος ἐκ δρυμῶνος ἀγρίου. Phavorinus, v. λαγωός.... παρ' οἷς (Λακεδαιμονίοις) καὶ ὡς οἷον πατρωνυμικὸν ὁ λαγίδης, ὡς καὶ πελαργίδης ὁ τοῦ πελαργοῦ γόνος, καὶ λυκίδης ὁ τοῦ λύκου—οὕτω καὶ ἀλεκτορίδης φασὶ καὶ χηνίδης καὶ περδικίδης (23). Locus e Philemonis lex. technologico transſcriptus eſt, et ita a Valckenaero *adon.* p. 402. ac Huschkio *anal. crit.* p. 102. laudatur. Utrumque iſta obſervatio, quam de Philemonis lexico ſupra edidi, videtur fugiſſe.

v. 10. Στρόμβος ἀνὴρ τοὔνομα] Codex offert verbum vitioſum στρόμμος, a manu altera. Στρόμβος, diminutivum Στρόμβιχος, et Στρομβιχίδης (vid. Koenius *ad Greg. Cor.* p. 135.) plerumque corrupta offenduut. Berglerus iure praefert in Alciphrone III, 26. lectionem Στρόμβιχος voci Στρόχνος. In Luciano quoque, Vol. III. p. 255. Στρομβίχου pro Στροβίχου legendum eſt.

---

(23) Ita quoque in *Philemone*, nec περδικιόνης, quod certe menda fuit apographi, quod *Ruhnkenius* a *Villoiſonio* acceperat.

v. 17. ἐμπρόσθεσιν] Hoc non eſt verbum graecum. Meursius: „ſcribe ἔμπροσθεν," quae correctio codice ſtabilitur.

P. 49. v. 4. μικρῷ γε μὲν ὕστερον] Codex recte, μὴν.

v. 10. Ποσειδῶνος, ὥς φασι, συνεργήσαντος] Mſcrpt. et Codinus, Ποσειδῶνος αὐτοῖς ὥς φ. συνεργ.

P. 50. v. 5. καὶ θερμοῖς τοῖς πολεμίοις συνενεχθέντες] Meursius, p. 248: „*Scrib.* καὶ θερμῶς." Ita quoque codex, qui verba illi praebuit.

v. 20. Μακεδόνος] Meurſius, p. 249: „*Corrigo* Χαλκηδόνος." Non potuit tutius corrigere, nam ipſum mſcpt. lectionem Χαλκηδόνος offert.

P. 51. v. 4. ἡ δὲ ἐγὼ] Codex correcte ἥδε δ᾽ ἐγὼ, ut in Brunckii *anal. gr.* Vol. III. p. 187.

v. 5. ἦν] Margo codicis: ἀντὶ τοῦ ἤμην ἀττικῶς. Vid. Ruhnkenius *ad Xenoph. Mem. Socr.* I, 4, 19.

v. 6. φιλιππέων] Cod. φιλιππείων.

v. 24. μετερύθμιζεν] Cod. μετερύθμισεν, et poſtea τιθέμενος pro θέμενος.

P. 52. v. 1. ναὸν ... κατερειπόμενον] In locum huius lectionis, quam dedit Meursius, recipiendum eſt e codice noſtro κατεριπωμένον i. e. κατηριπωμένον verbi κατεριπόω. Coraius *ad Heliod.* p. 286: „Τοῦ παρακμάσαντος Ἑλληνισμοῦ ἡ λέξις (κατηρειπωμένου). Ἐρείπω γὰρ ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι ἀμεταβάτως ἐπὶ τοῦ πίπτω, ἐξ οὗ οἱ μεταγενέστεροι ἐσχημάτισαν τὸ μεταβατικὸν ἐρειπόω ἢ ἐριπόω." Suidas, Κατερείπω, καταβάλλω, κατεριπόω δέ. Verbum καταβάλλω omiſſum eſt in omnibus fere codd.

parifiis; nonnulli legunt κατερείπω αἰτιατικῇ, κατεριπέω δέ.

v. 14. ὑπερεβάλλετο] Cod. ὑπερεβάλετο.

v. 18. αὐτοὶ τοῦ τυραννήσαντος ... ἐλπίδα] Lege duce codice αὐτοὶ τὴν τοῦ τυρανν... ἐλπίδα.

P. 53. v. 9. κατὰ τοὺς λεγομένους Τροαδικοὺς ἐμβόλους] Lectio Τροαδικοὺς recepta eſt a CODINO. Codex valde diſtincte offert Τρωαδησίους, quod non debet mutari. Terminatio graeca ησιος reſpondet latinae *enſis*. Herodian. *epimer. mſſ.* τὰ διὰ τοῦ ησιος ὀνόματα ταῦτα· Θρακήσιος, Ἰθακήσιος, Φιλιππήσιος, Τιταρήσιος καὶ τὰ ὅμοια. Vox ἔμβολοι nec notat *roſtra*, quemadmodum MEURSIUS vertit, nec *horrea*, ſed *porticum*, *ambulacra tecta*. Vid. LAMBECIUS *ad Codin.* p. 144. et DUCANGIUS, *Conſtant. Chriſt.* l. II. p. 111.

P. 54. v. 14. κατὰ τὸν εἰρημένον τόπον] Lege, ut eſt in manuſcripto, τρόπον.

XII. PHLEGONTIS TRALLIANI *libri de rebus mirabilibus et de hominibus longaevis*, ille initio mutilus. In fine legitur Φλέγοντος Τραλλιανοῦ ἀπελευθέρου (Ἀδριανοῦ) Καίσαρος, περὶ θαυμασίων καὶ μακροβίων. Libellus de longaevis non habet titulum ſingularem, ſed cum opuſculo de mirabilibus una ſerie continuatur in codice noſtro, qui ceterum unus ſcripta huius auctoris ad aetatem noſtram pertulit. Primum edita ſunt a GUILIELMO XYLANDRO, una cum Antonino Liberali, Antigono Caryſtio, Apollonio, etc. Baſil. 1568. 8. Xylander verba tanta cum fide deſcripſit, ut oculos nil effugerit, niſi pauculae minutiae.

P. 4. v. 1. *ed. Franz.* *παρὰ τῷ Μαχατῇ*] Scribendum *Μαχάτῃ* fecundum codicem primasque editiones. *Μαχατᾶς* *Polybii*, de quo loquitur *Franzius* p. 12. omnino eft alius, quam hicce.

v. 5. *μετ' αὐτοῦ*] Reftituendum eft tefte codice, *μετ' αὐτῆς*. *Franzius* fcripturae compendia in editione Meurfiana non valuiffe legere videtur.

P. 6. v. 2. *τὰ δὲ ἔσχατα, καταγνῶναι τῆς πρεσβύτιδος μαίαν*] *Franzii* nota lepida eft. Ab initio contendit, erui hoc loco, vocem *μαῖα* idem fignificare ac *τροφός*. Equidem confiteor, ni fcirem, quid fibi vellet vox *μαῖα*, ex hoc loco me numquam cogniturum effe. Tunc pergit, „vocem hanc adhiberi tamquam honeftam erga aetate grandiorem allocutionem, non in univerfum afferi poteft, quod ex hoc potiffimum loco, quo *τὸ καταγνῶναι* cum voce *μαίαν* iunctum legitur, et multum honoris nutrici detrahitur, conftat.“ Hoc non magis ex hoc loco apparet. *Μαίαν* nihil aliud eft quam error typographi pro *μανίαν*, quae eft lectio in noftro codice diligenter fcripta, et quam *Xylander* verfione hac expreffit: „*tandem infanire nutricem dixit.*“ Data hac occafione addere mihi liceat, verfiones latinas primis editionibus additas ad errores typographicos in textu graeco detegendos atque corrigendos interdum nos ducere, quod lucrum eft haud fpernendum. Plura huius obfervationis argumenta in notis ad Antoninum et Parthenium infra occurrent. Suscitari velim attentionem criticorum noftrorum iuvenum in hoc corrigendi textum veterum fcriptorum auxilium minime negligendum,

praefertim quando codex, quem primus editor defcripfit, comparari non poteft.

v. 5. ἢ δὲ] Lectio a *Meurfio* propofita. Codex primaque editio, εἰ δὲ, quod defendere poffumus.

P. 8. v. 10. ἀπελελοίπει] Cod. ἀπολελοίπει, quod ut corrigatur, non opus eft. Vid. *ad Parthen.* cap. 6.

v. 18. τὰ ὑπολειμμένα] Codex correcte τὰ ὑπολελειμμένα.

P. 10. v. 15. ἀπελύθη πρὸς αὐτὴν] Cod. πρὸς αὑτήν.

P. 14. v. 9. παραχρῆμα ἐγένετο νεκρά] In margine codicis: ὢ τοῦ ψεύδους καὶ τῆς ματαιότητος τοῦ συγγραφέως!

P. 16. v. 5. f. ῥηθέντων δὲ πάντων κατὰ μέρος] Codex: ῥηθέντων δὲ πάντων τῶν κατὰ μέρος.

P. 18. v. 8. πρῶτος Ὕλλος ὀνομαζόμενος παρ' ἡμῖν οὐ μόνον μάντις ἄριστος, ἀλλὰ καὶ οἰωνοσκόπος κομψὸς εἶναι] Codex nihil aliter. Lege ὁ νομιζόμενος pro ὀνομαζόμενος. Xylander bene vertit, *qui apud nos ... augur praeclarus habebatur.* Vid. Hemsterhusius *in Xenophontem Ephefium, Obferv. Mifc.* Vol. III. t. 3. p. 418. Duae iftae voces faepiffime confunduntur. Suidas ad verbum ἐξηγηταὶ fub finem: ἔστι δὲ καὶ ἃ (lege ἔτι δὲ καὶ τὰ duce Hemsterhusio in notis Ruhnkenianis ad Timaeum p. 112.) πρὸς τοὺς κατοιχομένους νομιζόμενα ἐξηγοῦντο τοῖς δεομένοις. Editiones Külteriana vetuftiores habent ὀνομαζόμενα. Aristides, To. II. p. 500. ed. Iebb., πάνυ τοίνυν προσῆκον ἂν εἴη τοιοῦτον περὶ πλείστου ποιεῖσθαι ὑμᾶς, καὶ ἄνδρα εὐεργέτην δι-

καίων ὀνομάζειν. Codex parisius egregius Nro. 1741. melius exhibet δικαίως νομίζειν. Vid. quoque Facius *in Pausaniam*, Vol. II. p. 464.

Ibid. v. 12. ἐκέλευεν τὴν μὲν ἄνθρωπον κατακλείειν ἐκτὸς ὁρίων.] Ita manuscriptum. Meursius (ad pag. 109.) proponit ὁρείων vel ὡρείων, quo nullus oriretur sensus. Xylander vertit, *mulieris cadaver iussit extra fines sepeliri.* Lege, uti Hemsterhusius correxit (*Observ. Miscell.* l. l.) κατακαίειν ἐκτὸς ὁρίων. Quod attinet ad locum pag. 108. v. 17. Meursii coniectura, qua pro ἐν τοῖς ὁρίοις legitur ἐν τοῖς ὁρείοις, inutilis mihi videtur. Hesych. σιτοβολῶνες· ὅρια. Vid. interpretes. Ut redderent Graeci recentiores vocem latinam, *horreum*, modo ὁρεῖον sive ὡρεῖον, modo ὅριον s. ὥριον, modo ὅῤῥεον scribebant. Ducangius, *glossar.* p. 1795. sq. exempla cuiusvis istarum scribendi rationum adfert. Reiskius *ad Liban.* Vol. I. p. 428: „ἐπιμελητὴν ὁρίων. Sic exarabant illi graeculi latinum vocabulum *horreum.*" Scribendum est ὁρίων, ad cod. paris. N°. 3017. et *Morelli* editionem.

P. 20. v. 3. ἐὰν οὖν σοι φαίνεται] *Franzius* ait: „*Xylander* dat φαίνηται." Quae lectio recipienda erat, non enim est auctoritas errori typographico editionis Meursianae. Ἐὰν semper subiunctivo additum est; exemplorum sequentis indicativi, quae adhuc editionibus insunt, ea sola est ratio, quod editores commutationem nimis timidi non ausi sunt. Vid., quae infra dicta sunt ad Antig. Car. cap. 39. et 155.

P. 22. v. 5. ἐν Αἰτωλίᾳ] *Franzius*: „Iam Xy„lander obſervavit in graeco omnino eſſe εἰς Ἰτα„λίαν mendoſe, ſanavit itaque hunc locum repo„nendo ἐν Αἰτ.“ Minime. Codex, ἐν Αἰτωλίᾳ, et *Xylandri* nota ad pag. 58. v. 8. ſcripta eſt.

v. 12. ἐπὶ τὴν φύσιν θαυμαστῶς διηλλαγμένον] ἐπὶ reiiciendum. Explicare nequiverunt ſcripturae compendia in editione *Xylandri*, quae cum codice reſtituendam vocem καὶ τ. φ. obtinet.

P. 24. v. 2. συναγαγόντες τὴν ἐκκλησίαν] In codice articulus deſideratur, nec aegre hoc ferimus.

P. 28. v. 15. καραδοκῶν ποίαν ποτὲ ἐξοίσωσιν αὐτῷ γνώμην] Codex et princeps editio, ἐξοίσουσιν, quod immerito derelictum.

v. 17. ἐπὶ σχολῆς] Codex ad marginem, μετὰ ἀνέσεως, et poſtea ἔριν pro ἄρσιν.

P. 32. v. 9. οὐδ' ἀναπαύλησις κακοῦ ἔσσεται, οὐδ' ἠβαιόν] Homerus, Iliad. B. 386. οὐ γὰρ παυσωλή γε μετέσσεται, οὐδ' ἠβαιόν. Veteres Graeci dicebant ἀνάπαυσις et ἀνάπαυλα. Hesychius ἀνάπαυλις, (ſic) ἀνάπαυσις, κατάπαυσις. Vocis ἀναπαύλησις quamquam mihi non alia auctoritas innotuit, fortaſſe tamen ſeriori tempore in linguam recepta eſt, quare coniecturae ἀναπαύλη τις (24), quam nuper propoſui, iam renuncio. Semper vero putavi, Libanii (Vol. IV. p. 799.) loco opus eſſe ſimilem correctionem: ἐπὶ μὲν τοῦ προειλημμένου ἐκείνου, ὅπερ ὁ

---

(24) Ita accentus ſcribi debet, nec ἀνάπαυλή τις, quemadmodum cenſor quidam in ephemeridibus Ienenſibus, (1807. Dec. No. 287.) recte monuit, etſi de ipſo vocabulo nihil decernit.

τεχνικὸς ἡμῖν παραδίδωσιν, ἡ τῆς μοιχείας ὕβρις. ἡ δίκησις ἦν πρὸς τὸν ἄνδρα. κοινὸν δὲ τὸ ἀπὸ τῆς τυραννοκτονίας ὄφελος. Equidem puto, lectionem ἡ τῆς μοιχείας ὕβρις ἰδική τις ἦν πρὸς τὸν ἄνδρα, quae bona est antecedentium κοινὸν ὄφελος antithesis, esse verisimillimam. SCHOLIA *Philostrati Heroic.* p. 428: εἰς ἕκαστον ἰδικῶς καὶ αὖθις εἰς τὸ κοινόν.

v. 10. ψεκάδες φονικαὶ] Cod. ψακάδες φόνιαι.

v. 17. ἐν μεγάροις γόωσι φίλους πατέρας περιφύντες] Metrum turbatum est. Lege ad manuscript. γοόωσι.

P. 34. v. 4. νώνυμόν τε θεοὶ γένεσιν θήσουσιν ἅπαντες] Codex νώνυμνόν τε, quod recipiendum. Sermo poeticus concedit νώνυμος et νώνυμνος.

P. 38. v. 1. Ἀντισθένης Περιπατητικός] Codex: Ἀντισθ. ὁ Περιπατητικός.

v. 12. ἐξ εὐμαροῦς] *Facile, sine labore,* εὐμαρῶς. Ita correxit MEURSIUS. Codex habet ἐξευμαρους (*sic*). HERACLID. *alleg. Hom.* p. 102. *ed. Schowii:* ἐξ εὐμαροῦς διώκει τοὺς βαρβάρους. SCHOLIASTES *Apollonii Rhodii* II. 760. προσλαβόμενος Ἡρακλέα σύμμαχον... ἐξ εὐχεροῦς περιεγένετο Βεβρύκων.

P. 40. v. 11. λεπτῇ φωνῇ] *Franzius:* „Omissum articulum τῇ h. l. probe attende." Quare, nescio; legendum enim est secundum codicem λεπτῇ τῇ φωνῇ.

v. 14. μηνίει] Codex noster ubique μηνείει (*sic*).

P. 42. v. 13. χρεώσῃ δ' ἀγορᾶς] Haec in codice eadem sunt. Editio XYLANDRI ἀγορᾶς, non bene. Vid. p. 52. v. 5. Restituendum est verbum χρεόω EUNAPIO, *vita Aedesii,* p. 36. ed. Commel.

δῆμον,

δῆμον, ὃν Κωνσταντῖνος χηρώσας (editiones χειρώσας) τὰς ἄλλας πόλεις ἀνθρώπων, εἰς τὸ Βυζάντιον μετέστησε. Quam correctionem invenimus in egregio codice N. 140. qui e Vaticano in biblitohecam parisiam transmigravit. Vide praeterea WESSELINGIUM *ad Herodotum*, p. 475. WYTTENBACHIUM, *epist. crit.* p. 260. *ed. Schaef.* et TOUPIUM, *emendat. in Hesych.* Vol. III. p. 478.

P. 52. v. 5. *ἄστη δέ τε πυρπολαθήσει*] Omnes editiones singularem hanc lectionem habent, quae videtur obsendisse doctissimum *Schneiderum*, in vocabulario ad vocem πυρπολέω verbum πυρπολαθήσει tamquam dubium laudantem. At enimvero scribendum est duce codice, qui verba disiungit, πυρπόλα θήσει, (*inflammare, comburere*). Editionum ista monstrosa lectio revocat in mentem aliam, quae occurrit in CHORICIO (anecd. gr. Villois. to. II. p. 21.), quam eadem ratione muto. Locus hic est: νοσοῦσαν ἐκείνην οὐδὲν εἰσῄει δεινὸν, οὐδὲ λογισμὸς ἔστρεφεν αὐτῇ τὴν ψυχὴν, μή τινά που λελύπηκεν, οὐδὲ ὕπνον, ὥσπερ οἱ παῖδες, ἐπηδανυττομένῃ τῷ συνειδότι, ἀλλὰ γλυκεῖα παρῆν κ. τ. λ. VILLOISONIUS, secundum PLATONEM (de republ. I. p. 330.) quem *Choricius* imitatus est, legere voluit ἐγειρομένῃ καὶ διανυττομένῃ. Equidem non dubito, quin scribam, verbis secretis, ἐπήδα νυττομένη. Codex Choricii originalis addit πυκνῶς ante ἐπήδανυττομένῃ (sic). Legendum tamen est, οὐδὲ ὕπνον, ὥσπερ οἱ παῖδες, πυκνῶς ἐπήδα νυττομένη τῷ συνειδότι.

P. 58. v. 3. Κλίταρχος] Sequere codicem et ſcribe, Κλείταρχος.

P. 62. v. 4. μιγνύτα] *Franzius:* „Xylander μιγέντα.“ Vox μιγνύτα omnino non eſt graeca, ſed ex officina Franziana. Antea iam eum notavi, qui primarum editionum compendia ſcribendi eruere neſciret.

P. 64. v. 5. Κουρβιλίου] Codex: κουρβιλ̌ίου i. e. Κουρβίνου. Vid. nota *Meurſii.*

P. 66. v. 2. στροφοὺς] Scribe, στρόφους. In dispeſcendis accentibus *Franzius* non maiorem probat artem.

P. 72. v. 5. ἡ σύγκλητος ἐκέλευεν] Codex: ἐκέλευσεν.

v. 6. ἐξηγήσαντο τοὺς χρησμοὺς] Codex: ἐξηγήσαντο (ἐξιλάσαντο) τ. χρ. In verſibus ὅσσα τέρα καὶ ὅσσα παθήματα κ. τ. λ., qui paucis lineis poſt leguntur, librarius lineola, quae adhuc hodie adhibetur, indicat, litteram ᾱ verbi τέρᾱ longam eſſe. Hicce antiquorum criticorum mos quantitatem ſyllabarum alias dubiam ſignificandi ſaepe reperitur in noſtro codice, frequentiſſime in verſibus, quos Parthenius inſeruit, quod eſt argumento antiquitatis codicis. Conf. animadverſiones Illuſtris Villoiſonii exquiſitas et utiliſſimas, in *Anecd. gr.* Vol. II. p. 119.(25) Ceterum littera ᾱ longa eſt in voce

---

(25) In loco Porphyrii περὶ προσῳδίας, quem Villoisonius (l. l.) primus in lucem protulit, ſecundum codicem venetum quendam, leguntur haec: Κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, καὶ ὁ εὑρὼν ἐσφαλμένον βιβλίον, οὐκ ὀφείλει τοῦτο διορθοῦσθαι, καὶ ξέειν τὰ κακῶς γρα-

τέρα, quia eſt contracta e verbo τέραα. Vid. Brunckius *ad Eurip. Bacch.* v. 921. et Ruhnkenius *ad Hom. hymn. in Cer.* v. 12.

P. 74. v. 5. εἴκε πίθησα] Secundum codicem primamque editionem: πίθηαι.

P. 80. v. 1. αἴκε γένει προφερέστεραι ὡς ἐνὶ λαοῖς] Cod. ωσενι λ̄αοῖς (ſic). Lege ὧσ' ἐνὶ λαοῖς.

v. 5. ἐν πατρίοισιν ὁμοῖς] *Xylander* perperam codicis lectionem eruit. Legendum eſt ἐν πατρίοισι νόμοις.

P. 82. v. 2. πίθον λίθου πεποιημένον] Codex, λίθῳ, quod etiam Longus, I. p. 5. τὰ ἀγάλματα... λίθοις ἐπεποίητο. Caſus tertius fortaſſe haud plane vitioſus eſt, quamvis Brunckius in notis manuſcriptis ad Longum, quas poſſidet bibliotheca pariſia, contendit, hoc eſſe barbarismum. Vid. Schaeferus *ad Long.* p. 331. Clemens Alexandrinus, *paedag.* l. II. p. 235. l. 20. *ed. Pott.* χρυσῷ πεποιημένα; licet optimi codices, inter quos mutinenſis, qui recentiori tempore Pariſios intravit, exhibeant πεποικιλμένα. Vid. Sylburgius *ad Paedag.* II. 3. p. 188. Suidas *in voce* Ἐπίκουρος· καὶ

φέντα, ἀλλ' ἐᾶν ἀδιόρθωτον, ἵνα μὴ τὸ βιβλίον ἀκαλλές τε ὁρῷτο, καί τινα τρόπον ἀμυχὲς, ξεσμάτων ἐπιφερομένων. Vocem ἀμυχὲς, quae mihi corrupta videtur, alio loco me legiſſe non memini. Inveni in codice vaticano No. 14. qui ipſe Pariſiis eſt, Porphyrii librum in dubium vocari, quia illius nomen in eo non ſit indicatum. Offert hoc manuſcriptum hanc lectionem, καί τινα τρόπον ἀμυχὰς ξεσμάτων ἐπιφερόμενον. Ἀμυχαὶ ξεσμάτων veſtigia ſunt ſcripturae, quae in membrana e locis deletis reſtant. Cum codex venetus (v. Anecdota gr. Vol. II. p. 112. not. 1.) eandem habeat vocem ἐπιφερόμενον, hanc lectionem rectam iudico, quam praeterea exhibet codex pariſius, No. 2542.

τραπέζας λίθων τε πεποιῆσθαι. Ita quoque Küsterus suo Marte verba mutavit. Omnes, quae antecedunt, editiones, nec minus fragmenta Aeliani (p. 1023. *ed. Gronov.*) praebent λίθοις. Küsterus corrigit adhuc, nec maiori iure, Xiphilinum, a Suida memoratum, in verbo Βυζάντιον. Homeri *Odyss.* T. 561. αἱ μὲν γὰρ (πύλαι) κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι. Pausanias, V. 11. τοῦτο οὐ λευκῷ, μέλανι δὲ κατεσκεύασται τῷ λίθῳ. Pro casu tertio usus est *Luciani* Scholiastes praepositione διά (Vol. I. p. 162.), μήπω δὲ τοῦ θεάτρου διὰ λίθων κατεσκευασμένου, καὶ συῤῥεόντων τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τὴν θέαν, καὶ νυκτὸς τοὺς τόπους καταλαμβανόντων, (26) ὀχλήσεις τε ἐγίγνοντο καὶ μάχαι καὶ πληγαί. Hic quoque locus ex praeclaro codice vaticano supplendus est. Editiones tantummodo referunt μήπω δὲ τοῦ θεάτρου καταλαμβανόντων.

P. 86. v. 1. f. ἔπαθον ... τοῦ σεισμοῦ οὐκ ὀλίγαι πόλεις] Leg. ut in codice, ὑπὸ τοῦ σεισμοῦ.

v. 9. εἴροντο εἰ βούληται] Restituendum est ad codicem atque Xylandrum βούλεται.

P. 90. v. 5. συμπεφύρηται] Lectio falsa. Dicebant συμπέφυρται, nec συμπεφύρηται. Codex et Xylander recte συμπεφόρηται.

P. 96. v. 7. Οὐρατίου] Codex: οὐηρατίου. Vid. nota *Meursii*.

---

(26) Populum saepe noctu loca, quibus spectacula fiebant, intrasse, ne spatium deficeret, constat. Ioannes Chrysostomus *homil. de politia mor.* p. 22. *ed. Combef.* μὴ σφόδρα ταῖς δημοτελέσι θέαις εστιᾶν ὑμῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, μηδὲ προχείρως ἐπὶ τὸν ἱππόδρομον τρέχειν, μηδὲ ἐκ νυκτῶν καταλαμβάνειν τὸ θέατρον.

P. 100. v. 2. ἐν τοῖς ὁρίοις] Creuzerus, *hist. graec. fragm.* p. 125: „Depravatum ὁρίοις docta manus in margine exempli mei correxit Θησαύροις (Θησαυροῖς).“ Eandem correctionem propoſuit Bochartus (*Hieroz.* Vol. III. p. 834. *ed. Roſenm.*). At enimvero mihi non videtur verbum ὁρίοις corruptum. Vid. quae dicta ſunt ſupra, ad p. 18. v. 12.

P. 124. v. 4. Λούκιος Τέρτιος, πόλεως Βονωνίας] Proxima vox correctio Meurſiana eſt. Codex: λούκιος τερέτιος (ſ. Τερέντιος), πόλεως μονωνίας (ſic). Frequentem litterarum $\bar{\mu}$ et $\bar{\beta}$ commiſtionem facile fieri e noſtri codicis ſcriptura comprehendimus. Cum primus litterae $\bar{\mu}$ tractus lineam ſubit, ex ea fiebat $\bar{\beta}$.

v. 11. ὡς αὐτή φησιν ἐν τοῖς χρησμοῖς τόνδε τρόπον] Reſtituend. ſecundum codicem τόνδε τὸν τρόπον.

P. 128. v. 15. ὄρνιθες πετροδείμονες] Sic omnes editiones. Xylander transfert, „*ſubeunt quae ſaxa volucres.*“ *Schneiderus* adfert in vocabulario, ad v. πετροδύμων „ὄρνιθες πετροδύμονες, „aves ſaxa colentes i. e. rapaces. *Phlegon de lon-„gaevis.*“ Utramque vocem ſuſpectam mihi eſſe non nego. Codex: πτετρο είμονες (ſic), quod altero $\bar{\tau}$ ſuppreſſo muto in πτεροείμονες. Lexicographis nota eſt haec vox neſcio qua auctoritate ductis.

P. 130. v. 19. εἰσὶν δὲ οἱ χρησμοὶ οἵδε] Eadem oracula refert Zosimus II. 6. quo duce Phlegontis verſus multis locis corrigi poſſunt.

P. 154. v. 1. *ἀλλ' ὁπότ' ἂν (ὁπόταν) μήκιστος ἵκῃ χρόνος*] Ita Phlegontis ac Zofimi textus fe habet. Vocis *ἵκῃ* prior fyllaba longa eft. Toupius *in Suid.* Vol. I. p. 94.: „*ἵκομεν* primam producit. Suidas, v. *οἰκεύς*· *Οἰκεύς τις, ὅσπερ ἵκετ' ἐκσωθεὶς μόνον.*" Gallaeus *de fibyllis* p. 119. proponit *ἀλλ' ὁπόταν μήκ. ἴῃ χρόνος.*

v. 2. *ἐτέων*] *Zofimus* l. c. *ed. Reitemeieri* V. Cl. habet *ἐτεῶν*; fed eft vox falfa: *ἐτεῶν* foret genitivus verbi *ἐτεός.*

v. 3. *καὶ εἰ μάλα λήσει ἑαυτοῦ*] *Zofimus καὶ οὐ μάλα λῆσαι ἑαυτόν.* Codex operum huius auctoris (N°. 1725, biblioth. paris.): *καὶ εἰμαλαλῆσαι* (*fic*). Lectio *fragmentorum Sibyll. orac.* p. 425. *καὶ οὐ μάλα λήσεαι αὐτῶν* fatis bona mihi videtur.

v. 5. *παντογόνοις Μοίραις*] *Zofimus ποντογόνοις. Reitemeierus* eandem lectionem in Phlegonte occurrere haud vere contendit; nam omnes editiones cum codice legunt *παντογόνοις*, *omnigenis.*

v. 8. *αὖθι δὲ γαίῃ Πληθογένῃ χώροις οἷς ἱερεύοιτο μέλαινα*] *Πληθογένῃ* (*Reitemeierus* adfert *πληθογενῆ*) vitium eft, quo editio Meurfiana laborat; codex et Xylander praebent *πληθομένῃ*. Pro *οἷς ἱερεύοιτο* codex *ὄϊς ἱερεύοιτο* (*fic*) i. e. *ἱρεύοιτο*, quod reftituendum. *Zofimus* haec maxime differentia:

Πληθομένῃ χοῖρός τε καὶ ὗς ἱεροῖτο (corr. *ἱροῖτο*) *μέλαινα.*

v. 9. *πάνλευκοι*] *Zofimus ζάλευκοι. Zofimi* manufcriptum *παλίλευκοι*, quod vero librarii menda eft. Littera $\bar{\nu}$ (vid. tabula) cum $\overline{\lambda\iota}$ facile confunditur. In Antigono Carystio, cap. 57. *Schneide-*

rus feliciter μέλι reddidit pro μέν. Ibid. cap. 119. legendum est ἐὰν ἀλὶ δὲ κύουσα δαψιλεστέρῳ χρήσηται, pro ἐὰν δὲ κύουσα κ. τ. λ.

v. 10. μή δέ τε νυκτί] Hodie imprimeretur μηδέ τε νυκτί. *Xylander* codicis scribendi rationem, qua μηδὲ plerumque in duo verba dissecatum, inde duobus accentibus instructum est, servavit. Vid. Hemsterh. *ad Aristoph. Plut.* v. 555. *Zosimus* μηδ' ἐπὶ νυκτί.

v. 12. ὡς δὲ καὶ αὐτοῖς] Codex: ὥς δὲ καὶ αὐτοῖς. *Zosimus* ὥς δὲ καὶ αὔτως.

v. 13. ἱερεύειν, δάμαλις δὲ] Sequere *Zosimum* et lege ἱρεύειν δαμάλεις τε, et v. 15. ἶσα δεδέχθω pro αἴσια δέχθω.

v. 18. χόρον (χορὸν) αὖται ἔχοιεν] Vox ἔχοιεν versum antecedentem quoque finit. Heynius (*adnot. in Zosim.* p. 635.) proponit χορὸν αὐταὶ ἄγοιεν.

P. 136. v. 2. τοῖς] Scribe οἷς, et v. 3. αἱ δὲ pro αἳ δέ.

v. 5. ἅπασι δὲ λύματα δοῦναι] Priscam *Zosimi* lectionem, ἅπασι θελήματα δοῦναι, equidem praefero.

v. 10. κεῖσθαι] Melius secundum *Zosimum* legitur κείσθω.

v. 11. ὄφρα τελῇ θυμέλῃσι] Lectio sine dubio corrupta. Corrigendum est duce *Zosimo*, ὄφρα τε θηλυτέρῃσι, punctumque post ἑδριόωσιν delendum.

XIII. Phlegon Trallianus *de ludis olympicis*, Φλέγοντος ἀπελευθέρου Ἀδριανοῦ Καίσαρος περὶ τῶν Ὀλυμπίων, ad nostrum codicem a *Xylandro* editus post librum de mirabilibus.

P. 138. v. 2. *ed. Franzii.* τὰ Ὀλύμπια τεθῆναι] Τιθέναι ea eſt vox ſolemnis, qua utebantur de ludo aut diebus feſtis inſtituendis loquentes. Secundum Valckenaerum *ad Theocr. adon.* p. 195. B. Graeci omnino dicebant τιθέναι, θεῖναι ἀγῶνα, numquam vero medium τίθεσθαι adhibebant. Phlegon p. 144:

> Ζηνός· τοῦ πρῶτος μὲν ἱδρύσατο καὶ θέτο τιμὴν
> Πεῖσος κ. τ. λ.

P. 144. v. 5. τῶν τε Πελοποννησίων] *Xylander* proponit τῶν τότε Πελοπ. Codex: τῶν τε, quo copulam τε eſſe reiiciendam indicatur.

v. 19. λᾶσι ἄνακτος] Codex: λασιάνακτος (πα superscr.), i. e. πασιάνακτος. Conf. Xylander et Alberti *ad Heſych.* to. I. p. 1442. Eſt vero lexicographis ignota vox (27), qui tantummodo παντάναξ exhibent, quam vero vocem ipſam Schneiderus inter dubias enumerat; quamvis παντάνασσα in Gregorio Nazianzeno to. II. p. 298. occurrit.

P. 146. v. 2. θῆκε δ' ἔπειτα (ἔπειτ') ἔρστιν καὶ ἔπαθλα θανόντι] Toupius *emend. in Heſych.* IV. p. 187. legere mavult θ. δ' ἔπειτ' ἐροτὴν κ. τ. λ. Equidem diſſentio. Alberti *in Heſych.* v. ἐροτήν: „Ἐροτὶν ad Phlegontis marginem edit. Argentin. „1590. quam poſſideo (28), p. 100. adſcripſerat

---

(27) Lingua graeca quamvis vocis πασι cum aliis compoſitionem fert. Praeter eiusmodi verba in lexica recepta afferre poſſum πασιθρύλλητος (Tzetzes, *chil.* IX. p. 182.) et πασίδηλος. Herodianus, *epimer. mſſ.* δῆλον, ὅθεν καὶ ἔκδηλον καὶ πασίδηλον.

(28) Fabricius *bibl. gr.* Vol. V. p. 226. ed. Harl. huius editionis mentionem non facit; neque ea eſt in bibliotheca imperiali pariſia. Inde credo non eſſe aliam, quam primam editionem a. 1568. novo titulo inſtructam. Pagina, quam laudat *Alberti*, accuratiſſime cum editione Xylandri congruit.

„*Sopingius*, explicans ἱερτὴν, allata Hefychii et Eu„ftathii auctoritate.“

v. 5. Πέλοπι Ταντα λίδῃ φθιμένῳ· τὸν δήποθεν ὑμεῖν Λείπεις καὶ τελετήν] Sopingius in notis Alberti l. c. corrigit Ταντα λίδῃ Πέλοπι φθ. τὸν δὴ πόθεν ὑμεῖς Λείπετε καὶ τ.

P. 148. v. 3. τὴν αὐτῶν ῥύεσθε πάτραν] Scribe fecundum codicem τὴν αὐτῶν ῥ π.

v. 5. ἔστ' ἂν πενταετὴς ἔλθῃ φιλόφρων ἐνιαυτός] Ad codicis marginem haec varia lectio fcripta eft, ἔστ' ἂν ἐνὶ ξυνόδοις ἔλθῃ κ. τ. λ.

XIV. *Hiftoriae mirabiles* Apollonii, Ἀπολλωνίου ἱστορίαι θαυμάσιαι, quas edidit Xylander. Vid. N. 12.

Cap. 1. p. 38. *ed. Teucheri.* πορεύεσθαι εἰς τὸν ἀγρόν] Haec eft *Teucheri* correctio, quam nofter codex confirmat. Ceterae editiones dant πορεύεσθ' εἰς τ. ἀ.

Ibid. p. 39. ὥς φησιν Θεόπομπος] Lege ad codicem ὥς φησιν ὁ Θεόπομπος.

Cap. 3. p. 42. μηδ' ἄλλων ἀνθρώπων] Codex et Xylander μηδ' ἄλλον ἀνθρώπων.

Cap. 4. p. 43. ἔγραφε δὲ καὶ χρησμοὺς, ταῖς χώραις περιερχόμενος] Ita quoque codex. Toupius, *emend. in Suid.* Vol. II. p. 526. non fine caufa corrigit τὰς χώρας. Pseudoplutarchus *de fluviis*, cap. II. 5. 1. περιήρχετο τὴν χώραν ζητῶν πηγήν. Cap. XXIV. 5. 1. περιήρχετο γῆν τε καὶ θάλατταν. Wyttenbachius eandem dicendi formulam reftituit cap. X. 5. 1. περιερχόμενος (lectio vulgata eft

ἐρχόμενος) τὰ ἐρημότερα τῆς χώρας. Quam correctionem codex confirmat.

Cap. 6. p. 46. σωστὸν εἶναι κατελθεῖν] E codice nihil, quo hic locus mutatus reſtituatur, hauriri poteſt. Σωστὸς, *ſalvus*, *incolumis*, in lexicis linguae graecae priſcae fruſtra quaeritur, ſed reperitur in Ducangio, p. 1516.

Ibid. p. 47. φωνὴν μεγάλην ὑπὲρ ἀνθρώπων] Ita omnes editiones. Legend. ad codicem, ὑπὲρ ἄνθρωπον. Libanius, Vol. IV. p. 155. πέπονθα γὰρ ὑπὲρ ἄνθρωπον.

Ibid. p. 48. καὶ τὸν ἴδιον μηρὸν παρέφαινε τοῖς καθημένοις εἰς χρυσοῦν] In codice omnia eadem. Rittershusius *ad Porphyr. de vit. Pyth.* p. 55.: „Pro εἰς puto legendum ὡς, vel etiam plane delendum εἰς.“

Cap. 16. p. 63. τὴν θαψίαν ῥίζην] *Teucherus* non laudavit Bod. a Stapel *ad Theophr. hiſt. plant.* l. IX. p. 1107. ubi hunc locum corrigit. „Nihil tale, inquit, de thapſia apud Theophra„ſtum. Deinde thapſia contrariam habet faculta„tem .... Codicem itaque Apollonii corruptum „eſſe dico. Lego τὴν θάψον.“

Cap. 18. p. 64. Φύλαρχος ἐν κ̄ ἱστοριῶν] Codex: ἐν κ̄ τῶν ἱστορ.

Cap. 19. p. 65. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Κρητικὸς] Olearius *in Philoſtrat.* p. 525. ὁ κριτικός.

Ibid. τὸ αὐτοῦ ἢ ἄλλου σῶμα] Ad codicem reſtituend. τὸ αὑτοῦ, poſteaque ἐπαισθήσεται pro ἐπησθήσεται.

Cap. 20. p. 67. ἐν χώρᾳ] Codex atque Xylander: ἐν τῇ χώρᾳ. Ita quoque recipiendum. Ad marginem codicis vocem καμήλους respiciens scripsit quidam *camelot* (*sic*).

Cap. 25. p. 74. ἔτι δὲ πορευθεὶς] Codex: ἔτι δὶς πορευθεὶς, quod verum. Vocabulum ἄποτος, quod antecedit, est e correctione Meursii. Codex legit ἄπιος (*sic*), quo vox ἄπεινος (*sine fame*, ut ἄδιψος, *sine siti*) in mentem vocari posset, ni sensus verborum postularet vocem a Meursio propositam.

Cap. 26. p. 75. ποίαν αὐτὴν] Codex correcte, ποίαν αὐτῶν.

Cap. 27. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τοῖς Ζωϊκοῖς] δὲ reiiciendum est, nam abest a codice.

Cap. 29. p. 76. ἐὰν αἱ μῆτραι προσπέσωσιν] Ita *Meursius*, duce Theophrasto *hist. plant.* IX. cap. 15. Codex et Xylander προπίωσιν, quod lubenter commutarem cum προπίπτωσιν. Bod. a Stapel *ad Theophr.* l. c.: „Corruptus Apollonii co„dex. Interpres vulgatam secutus lectionem in„epte vertit *praebiberint* pro *praeciderint*.“ Non corrigit lectionem *Theophrasti*, eodem vero modo scribendum est προπέσωσιν. Dicunt tali sensu προπίπτω nec προσπίπτω, πρόπτωσις nec πρόσπτωσις.

Cap. 35. p. 80. Ἀριστοτέλης ἐν τῇ ζ τῶν ἱστοριῶν] Ita *Meursius* correxit. *Xylander* legit, ἐν τῇ ια, codex ἐν τῇ ιδ τ. ἱστ.

Cap. 36. p. 81. ὁ Καρύστιος λεγόμενος λίθος] In margine codicis haec: σημειοῦ περὶ τοῦ Καρυστίου λίθου καὶ λίνου.

Ibid. ἐπιφύσεις ἔχει ἐριώδεις καὶ χρεώδεις, ἐξ οὗ νήθεται καὶ ὑφαίνεται χειρεκμαγεῖα] Ita ſeſe habent verba codicis et editionum. Vertunt, *annata ſibi habet lanea quaedam et* COLORATA. Χρεώδης omnino vox graeca eſſe poteſt, licet lexicographi eam omiſerint; ſed praefero χνοώδεις, *lanuginoſa* ([29]). Vid. Henr. Stephanus in theſ. ling. gr. t. IV. p. 543. G.

Ibid. p. 84. ὑποτίθεται] Falſa editionis Teucherianae lectio. Recipiendum ἐπιτίθεται.

---

(29) Subſtantivo *χνόος, χνοῦς*, cuius in locum quoque dicitur *μνόος, μνοῦς*, ſignificatur *lanugo* animalium cuiuscunque generis. Haec vox revocat mihi in memoriam epigramma XXXII. Philodemi (Anthol. gr. ed. Iacobſii, t. II. p. 79.), quod incipit a verbis *Ξανθοκηρόπλαστε, μυρόχροε, μουσοπρόσωπε.* Si hoc epigramma de ape agit, quod credunt plures commentatorum, non ſatisfacerent nobis, quae doctus epiſcopus Puteolorum adfert ad explicandam vocem *μουσοπρόσωπος*, *Muſas ore referens, faciem Muſae habens,* quippe nudam ferme exclamationem: „*Quid cerebroſo facies poetae?*" Mihi quoque, ut Chardonio de Larochette, Viro doctiſſimo, (Prompt. encycl. Octobr. (Vendem) a. XII. (1804) p. 200.) coniecturae *σιμοπρόσωπος* vel *χρυσοπρόσωπος* nimis a lectione ipſa recedere videntur. Nonne vero legi poſſet *μνοιοπρόσωπος*? Videmus in Hesychio adiectivum *μνοῖον, ἁπαλὸν*, verbi *μνοῦς*, quod hicce lexicographus per *εριον ἁπαλώτατον κ. τ. λ.* explicat, quo porro Philodemus utitur in epigrammate decimo, dicens de Philinnio puella, *σελίνων Οὐλοτέρη, καὶ μνοῦ χρῶτα τερεινοτέρη.* Apibus eſt caput molle, *lanugine obductum.* Primum verſum ita legerem:

Ξάνθ' ὦ κηροπλάστα, μυρόῤῥοε, μνοιοπρόσωπε.

Vocalis ante *μν* interdum corripitur. Vid. Toupius, *emend. in Suid.* Vol. I. p. 117. Vol. II. p. 154. Multum vero abeſt, ut contendam, hanc coniecturam eſſe veram atque dignam, quae in textum recipiatur. Immo ipſe profiteor, cogitatorum ſeriem in hoc epigrammate mihi non eſſe perſpicuam; verum fieri omnino non poſſe mihi videtur, ut apiculae tribuatur epitheton *μουσοπρόσωπος.* O! ſingularem apem, facie muſae ornatam, miſeramque muſam, facie apis praeditam. *Wyttenbachius,* vir celeb. coniecturam *μνοιοπρόσωπος* non reiicit, *Bibl. crit.* Vol. III. ſect. 3. p. 121 ſ. Carmine vero hoc poeta ſi cecinit de femina, voci *μουσοπρόσωπος* nihil impedimenti obſtat; equidem autem legendo *Ξανθὼ* (ſic) (deminutivum *Ξανθάριον*) Huschkium (Anal. crit. p. 149.) ſequi mallem, quoniam auctor in epigrammate primo feminam aliquam *Δημὼ*, paullo poſt vero *Δημάριον* nominat.

Cap. 38. p. 85. Εὔδοξος ... ἐν τῷ ζ γῆς περιόδου] Sic Meurfius correxit codicis verba τῆς περιόδου. In Scholiaste *Apollonii Rhodii* I, 922. ubi eodem modo legi vult Εὔδοξος ἐν δ γῆς περιόδου, codex parifius n. 2727. correctionem hanc confirmat. Vid. quoque Heringa *in obff. mifcell. nov.* tom. III. p. 934.

Ibid. ἔθνος, οἱ ὑπεράνω Σύρτεων δὲ καὶ Καρχηδόνος ... κείμενοι, καλοῦνται Γύζαντες] Codex: ἔθνος, ὃ ὑπ. Σ. δὲ καὶ Κ... κείμενοι, οἳ καλ. Γύζ. Corrigo ἔθνος, ὃ ὑπ. Σ. τε καὶ Κ... κείμενοι, καλοῦνται Γύζ. Similes licentiae apud multos fcriptores occurrunt. Vid. Wyttenbachius *ad Iulian.* p. 192. ed. Schaef.

Cap. 40. p. 87. παιᾶνας ᾄδειν ... δωδεκάτης ἡμέρας ξ] In cod. vox δωδεκατης accentu non inftructa eft, et in margine lineola mendam indicans confpicitur. In numeris verifimiliter latet error. Vocabulum παιανογράφος, quod paullo poft legitur, in lexicis fruftra quaeritur.

Cap. 41. τὸ σκορπίον βοτάνιον] Codex: τὸν σκ. βοτ.

Cap. 42. p. 87. τῶν παρατετηρημένων ἐστὶ, δυσκατούλωτα ἕλκη γίγνεσθαι] Reftit. ad cod. τῶν παρ. ἐστὶ τὸ δυσκ. ἕ. γ. Vid. cap. 45.

Ibid. p. 88. ὅσαις ἰξίαι] Codex perperam ἰξίαις. Ad huncce cafum tertium Xylandri fcholion laudatum p. 319. fpectat: τοῖς παρ' ἐνίοις λεγομένοις κιρσοῖς κ. τ. λ. Corrigendum eft in eo ὁμωνύμως pro ὁμωνύμ'. Contractam fyllabam ως apoftrophum effe credebant. Similes mendae ab ipfis

antiquis librariis factae sunt. Apostrophi cum syllaba ες vitiosa permutatione nil fere saepius, e. c. πάντ' et πάντες. Vltima vox in codicibus scribitur πάντ̈', punctisque interdum omissis, πάντ. In ALCIPHRONE III. 28. (vid. mea nota ad *Anton. Liber.* cap. 26.) legebant λεγούσ', atque recipiebant λέγουσ' pro λεγούσης. HEERENIUS in MENANDRO *de encom.* p. 28. corrigit ἀλλ' pro ἄλλοις. Quae turbae omnes facile explicantur, si ante oculos sunt codd., in quibus syllabarum finalium compendia scribendi saepe ad dimidiam usque exstincta obscundunt, vestigiaque relicta plus minusve apostrophi formam induerunt.

Xylander p. 320. de alia adhuc nostri codicis nota marginali ita differit: „ad id quod de Solis et „de Pinaro sequitur, usitatioribus characteribus re„centior quispiam adscripsit, quibus ignorationem „situs locorum et distantiae obiiceret auctori: „quamquam evanuerunt quaedam litterae, ut integra „legi non possint.“ Quae ex iis hodie adhuc legi possunt, hic habes: Ἀγνοεῖς πού οἱ Σόλοι καὶ ποῦ ὁ Πίναρος ποταμός; τριῶν γὰρ ..... διάστημα ἀπέχει ἀπ' ἀλλήλων.

Cap. 45. p. 88. οὗ μάχη Ἀλεξάνδρου] Codex correcte: οὗ ἡ μάχη Ἀλεξάνδρου.

Ibid. p. 89. αἱ ῥόαι (ῥοαὶ) .... δι' ὅλου δὲ τοῦ βίου κόκκοι τὸ οἰνίζον ἔχουσιν] Vox βίου a *Xylandro* introducta non apta mihi videtur. *Meursius* articulum adiecit. Codex habet δι' ὅλου δὲ ὕου (*sic*), quod explicare nescio. Locus hic non legitur in THEOPHRASTO, *hist. plant.* II, 3. *Bod. a Stapel* cum

in margine editionis ſuae, veriſimiliter ad noſtrum auctorem, notavit. Senſus non premitur, ſi ſcribimus διέλου δὲ κόκκοι τὸ οἰνίζον ἔχουσιν.

Cap. 44. ἔξω τοῦ σμηνιῶνος] En iterum vocem, qua lexica augeri poſſunt.

Cap. 46. p. 96. τὰ κελύφη] Codex diſtincte τὰ κέλυφα, ſicuti *Xylander* hoc verbum expreſſit. Notae ſunt formae τὸ κέλυφος, ἡ κελύφη, et deminutivum τὸ κελύφιον (Aristot. *hiſt. anim.* IX. p. 594. *ed. Cam.*). Auctor fortaſſe ſcripſit τὰ κελύφια. A lexicographis quidem hocce vocabulum non enumeratum eſt, ſed eorum negligentia nihil probat. In ſcriptis veterum, praecipue poſterioris temporis, auctorum ſaepiſſime formulae vocabulorum occurrunt, quarum lexicographi mentionem non faciunt, quae nihilominus iuſtae ſunt. Coraius (ad Heliod. p. 10. ſ.) primus formam τὸ βότρυον adnotavit. *Erneſti, Schneiderus* in utraque editione, aliique receperunt ἡ λέμβος, *lembus, parvum navigium.* Henricus Stephanus correctius ſcripſit ὁ λέμβος; ſed nihil eſt dubii, quin etiam dixerint veteres τὸ λέμβος, ους. Suidas (v. λέμβος) caſum tertium habet τῷ λέμβει οὐδετέρως, et in Libanio, Vol. IV. p. 525. mſ. pariſium optimae notae (N°. 3015.) genitivum τοῦ λέμβους edit. In lingua graeca tam divite, tam facile variationes ferente, bene circumſpicere opus eſt, antequam formae, analogia probatae, reiiciantur.

Cap. 49. p. 101. καταύλησις γιγνέσθω ἡμέρας ε̄ ἕως ἐλάχιστα] Eſt lectio Teucheriana. Codex,

ἡμέρας εως (sic) ἐλ. quod mutandum in ἡμ. ε̄ ὡς ἐλάχιστα, uti *Meursius* proposuit.

XV. *Collectio historiarum mirabilium, auct.* Antigono Carystio, Ἀντιγόνου ἱστοριῶν παραδόξων συναγωγή, edita ad exemplum nostri codicis, quem unum noscimus, a Xylandro. Vid. N. 12.

Cap. 1. p. 2. *ed. Beckmanni,* τέττιξ ἐπὶ τὴν λύραν ἐπιστὰς ἦδεν] Ἐπιστὰς error typographicus primae editionis. Codex, ἐπιπτὰς, quod vertit Xylander, *cicada in lyram ipsius involans cecinit.* Conon, Cap. V. τέττιξ ἐπιπτὰς τῇ κιθάρᾳ, τὸ λεῖπον ἀνεπλήρωσε τῆς ᾠδῆς. Similis menda offendit cap. 189. quo in verbis Xylandri est πρὸς πάντας, dum codex praestat verbum correctum προσπτάντας, quod suspicati sunt Meursius et alii.

Cap. 3. p. 7. καὶ ἐπὶ τάδε μὲν γίνονται τέττιγες, ἐπέκεινα δὲ οὐ (scrib. οὔ)] Codex ἐπίταδε uno verbo, neque opus erat disscecatione *Xylandri* in duo, ἐπὶ τάδε. Vid. Henr. Stephanus *ind. thes.* v. ἐπίταδε.

Cap. 8. p. 16. ὁ Φιλήτας] Codex hîc et cap. 23. perperam Φιλίτας. Restituendum est in utroque loco Φιλητᾶς. Vid. *ad Parthen.* cap. 2.

Cap. 15. p. 25. διὸ καὶ ἐπὶ τῶν προξένων, τῶν ἀναγραφομένων τὸ παράσημον τῆς πόλεως, ὑπογράφονται δύο κόρακες] Vox προξένων, quam etiam in codice legimus, dat sensum non satis commodum. Locella (*ad Xenoph. Ephes.* p. 252.) et *in notis Beckmanni ad Marbod.* p. 155. s. corrigit ἐπὶ τῶν προξενιῶν (*in tabulis de iure hospitii*), et sic legendum est. Secundum hanc coniecturam Schneiderus lexico suo

ſuo ſignificationem, qua Locella inſtruit vocem προξενία, intulit.

Ibid. p. 26. τούτου δέ τι ἰδιώτερον] Codex, ἰδιώτερον (*ſic*). Punctum litterae ω ſuperſcriptum dubium annuntiat. Et eſt omnino comparativus ἰδιώτερος inuſitatus, apud ipſos eos auctores, qui atticam dialectum non ſectantur. Melius ſcribitur ἰδιαίτερον.

Cap. 16. p. 27. In margine codicis legitur, σημειοῦ ὅτι Κτησίας ψεύστης.

Cap. 18. p. 28. ἕως θανάτου κατακτείνειν] Codex et Xylander correcte κατατείνειν. Beckmannus coniecturam *Meurſii*, quae nihil eſt niſi interpretatio, recipere non debuiſſet. Vid. *Niclas.* ad h. l. Libanius Vol. IV. p. 629. ἀναβὰς δὲ οὗτος ἐπὶ τὸ βῆμα, καὶ στρέψας (cod. par. 3017. τρίψας) τὴν κεφαλὴν.... πρῶτον μὲν κατέτεινέ με, πάλιν διηγούμενος τὴν μάχην. Idem codex pariſius fert κατέκτεινέ, ſed perperam. Eurip. *Med.* v. 585. ἓν γὰρ ἐκτενεῖ σ᾽ ἔπος. *Brunckius* et *Beckius* legunt ἐκκτενεῖ; ſed Porsonus hanc lectionem merito reiicit, dum addit verbum compoſitum ἐκκτείνω non dari. Simile compoſitum eſt ἐπικτείνω apud Liban. Vol. IV. p. 1107. ἐν τούτῳ δόξης ὄντες, ἐπέκτεινον τὸν Ἰκάριον. Reſtituendum eſt ἀπέκτεινον ſecundum egregium codicem vaticanum N°. 305. eundem, quo *Leo Allatius* ad edenda διηγήματα Libanii uſus eſt.

Cap. 21. p. 32. κἂν εἰς ἄλλο δένδρον ἐμπλήξῃς (τὴν ἀχερδον), ἀφαυαίνει] Ἐμπλήξῃς prava eſt vox, etſi neminem offendit. Lege, uti codex offert, ἐμ-

πήξῃς, verbi ἐμπήγνυμι, quod eſt ex iis vocibus, quae aptiſſimae ſunt ad rem, de qua agitur, exprimendam, et quod inter eas referri poteſt, quas Niclasius collegit (*ad Geopon.* l. X. cap. 75.). Vid. e. g. Aelianus, *hiſt. animalium,* l. II. cap. 36. εἰ μὲν εἰς δένδρον τεθηλὸς ... ἐμπήξαις αὐτὸ ... αὖον ἤδη τὸ δένδρον, et Iulius Africanus, a Niclaſio laudatus p. 33. in Antigono ed. Beckm. In Arriano, *de venatione,* cap. V. §. 9. codex noſter praebet uti *Blanchardianus,* niſi omnino idem eſt, ξυμπεπηγυίας pro ξυμπεπληγυίας, et πεπηγυῖαν pro πεπληγυῖαν.

Cap. 23. p. 35. ἡ πάντα ζωοθετοῦσα φύσις] Ex hoc loco *Schneiderus* verbum ζωοθετεῖν lexico ſuo inſeruit. Idem occurrit vocabulum in commentatione Maximi Planudae περὶ μεταβατικῶν τε καὶ ἀμεταβάτων ῥημάτων, in littera ζ̄, ὅσα εἰς αἰτιατικήν· ... ζωγραφῶ, ζωγρῶ, ζώννυμι, ζωογονῶ, ζωοθετῶ, ζωοποιῶ, ζωοτυπῶ. Editio Hermanniana p. 396. nihil niſi ζωγραφῶ, ζώννυμι, ζωογονῶ, ζωοτυπῶ. Conf. quae dicta ſunt a me de hoc ultimo in *Catalogo auctorum graecorum latinorumque collectionem recenſente* etc. auct. *Fr. Schoellio* (Pariſiis. 1808.) P. I. p. 95. et P. VII. artic. *Hermann.*

Ibid. σφήκασι δὲ ζώων οἷα τίθησι φύσις] Codex: σφήκασι δὲ ζώιων, i. e. ζῴων. Vox ζῶον ſemper hoc modo ſcripta eſt. Meursius imprimi iuſſit σφήκεσσιν ζώων οἷα, et in nota dicit: „Male a typographo excuſum eſt. Reſcribendum, σφῆκας, ἰδὲ ζ.“ Brunckius, *anal. Gr.* To. III. p. 330. ita legit:

Ἐκ νέκυος ταύτην ἵππου γράψασθε γενέθλην,
Σφῆκες· ἴδε ζώων οἷα τίθησι φύσις.

Iacobſius, vir doctiſſimus, hunc textum ſine ulla adnotatione recepit. Optaſſem, cum explicaviſſe phraſin γράψασθαι γενέθλην ἔκ τινος, qua credere videbantur exprimi *originem, generationem ex aliquo capere.* Vehementer dubito, id dici poſſe in lingua graeca. Caſum quartum σφῆκας non eſſe mutandum cenſeo. Heynius mecum conſentit. „Videtur ſermo eſſe," inquit *ad Marbod.* p. 156. „de hieroglyphico, cuius etiam Horapollo II, 44. meminit, ubi equus mortuus cum veſpis. *Significaſtis veſpam quaſi ex equo enatam.* Sic σφῆκας poſſit retineri." Vir quidam litterarum graecarum bene peritus hanc coniecturam mecum communicavit:

Σφῆκας ἴδε ζωοὺς οἷα τίθησι φύσις.

Veſpas en vivas ut facit natura.

Cap. 24. p. 58. οὐχ ἧττον δὲ τούτων θαυμάσια τὰ φθαρτικὰ τῶν ὠφελούντων] Φθαρτικὰ eſt correctio Xylandri, codex φθαρ..κά. Aliud adiectivum a φθείρω vel potius a φθορὰ aut φθόρος deſcendens, φθορικὸς occurrit in codice *Horapollinis* Vaticano N°. 871. Lexicographis ignotum eſt; nec minus in ſcriptore antiquiore fruſtra quaeri, cenſeo. En locum ipſum, l. II. cap. 79: ἄνθρωπον προβάτων καὶ αἰγῶν φθορικὸν (editiones, ſed perperam, credo, φθορόοικον) βουλόμενοι σημῆναι, αὐτὰ τὰ ζῶα γράφουσι τράγοντα κόνυζαν κ. τ. λ. Admodum conſuetus eſt uſus adiectivorum in ſyllabam ικος exeuntium Horapollini. Non alium adſero locum,

nisi lib. II, cap. 24. σφὴξ ἀεροπετὴς ἤτοι αἷμα κροκοδείλου βλαπτικὸν ἢ φόνον (leg. secund. cod. Vatic. φονέα) σημαίνει. PAVIUS de voce φθορόοικον ait: „*Vocem invertit, alii οἰκοφθόρον dicunt.*“ Proximum hoc verbum reddendum est LIBANIO πρὸς Ἀριστείδην ὑπὲρ τῶν ὀρχηστῶν (To. III. p. 379. *ed. Reiskianae*), cuius verba altera ex parte secundum egregium quendam codicem Vaticanum correcta iam edo. Ὥσθ' ὁ καλὸς ἡμῖν Ἀριστείδης οὐ διαφεύγει τὸ μὴ οὐ τῶν (editiones perperam τοῦ μὴ(30) τῶν) διεφθαρμένων εἷς γεγονέναι. ἀλλ' εἶδε μὲν, οὐ διεφθάρη δέ. καλῶς, καὶ πειθομένῳ γε λέγεις. ὅτῳ (haec vox abest a mscpto.) συγχωρείτω δὴ καὶ τοὺς ἄλλους ἀγαθοὺς ἐν τῇ θέᾳ μεμενηκέναι, καὶ νομιζέτω καὶ παρ' ἑτέροις εἶναι τῆς τοῦ καλοῦ μερίδος πρόνοιάν τινα. καὶ οἰκοφθόροι, φησὶν, οὗτοι καὶ λύμη πόλεων. Editionum textus πρ. τινα καὶ λόγον. φθόροι, φησὶν κ. τ. λ. tolerari potest. Cum vero auctor adversarii ipsas locutiones repetere soleat, equidem praefero οἰκοφθόροι. Vid. p. 557. νὴ Δία, λύμη γὰρ πόλεών εἰσι καὶ οἴκων καὶ ὅστις κ. τ. λ. REISKIUS adposite ad hunc locum, „*Verba* λύμη γὰρ“ inquit „*usque ad* ἔσχατον *sunt ipsius Aristidis ex illa oratione recitata, cuius haec est adversaria.*“

Ibid. p. 58. καὶ γὰρ τοῦτο πρὸς τὴν αὐτὴν ἀῤῥωστίαν χρήσιμον] Revocant haec verba in mentem

(30) PHILOSTR. *Her.* p. 102. οὔτ' ἂν τὴν Ἑλένην διαφυγεῖν τὸ μὴ οὐκ ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν Τρῳάδων. ARISTIDES t. II. p. 129. ὅμως δ' οὐκ ἐξέφυγε τὸ μὴ οὐ τὰ πρῶτα δοῦναι τῷ ἀνδρί. Ibid. p. 499. οὐκ ἄν τις ἀπόσχοιτο τὸ μὲν οὐ πρὸς κακοήθειαν τὰ τοιαῦτα προσδέχεσθαι. Legi necesse est τὸ μὴ οὐ πρὸς κ. τ. λ. Vid. de μὴ οὐ HERMANNUS *ad Viger.* p. 772. et BOECKHIUS *ad Plat. Min.* p. 108.

notam Toupii (ad Hefych. IV. p. 193.), de qua haec habeo dicenda: „Γεντιανή· ῥίζα τὶς οὕτω καλουμένη χωροῦσα εἰς τὰς ἀντιδόσεις. Quid eſt „χωροῦσα? Lego ποιοῦσα, *quae facit ad morbum „occurrendum.* Ita loquuntur medici. Legere „etiam poteris ᾗ χρῶνται etc.“ Correctio aptiſſima ſimul et ſimpliciſſima eſt χρήσιμος οὖσα, quod ita ſcribebatur Χ̊ οὖσα. Ex inſcitia hanc ſcripturam contractam explicandi huc fluxit vox χωροῦσα, uti alias vox χρόνος. Saepe legimus in margine codicum notam: χρήσιμον; qua utilitatem huius vel illius loci indicarent. Vox χρήσιμον ubique compendio ſcripta eſt, quod Ducangius in fine *gloſſarii med. et inf. graec.* p. 4. expreſſit.

Cap. 25. p. 42. καὶ πάλιν ἐνδύεται κατὰ τὸ στόμα] Eſt lectio *Meurſii*. *Xylander* dedit ἐκδύεται. Secundum codicem reſtituendum eſt εἰςδύεται.

Cap. 29. p. 54. οἷον ὅτε πολύπους] Niclas: „ὅτε, quod in utraque editione eſt, in vitio eſſe, et ὅγε ei ſubſtituendum videtur.“ Codex: οἷον ὅ, τε πολύπους. et cap. 155. οἷον ὅ, τε Κίμβρος καλούμενος.

Cap. 32. p. 57. ἐν τοῖς ἐπιθαλαττίοις] Codex: ἐν τ. ἐπιθαλαττίοις (*ſic*). Dicebant Graeci ἐπιθάλασσος, ἐπιθαλάσσιος et ἐπιθαλασσίδιος. Suidas: Κωλιάς. ἐπιθαλασσία ἄκρα τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ τοῦ κόλου ὠνομασμένη. Dukerus *ad Ariſtoph.* p. 1197. *ed. Burm.* ſine neceſſitate proponit ἐπιθαλάσσιος ἄκρα; ſed pro Κωλιὰ et κόλου legendum eſt

Κωλιὰς et κώλου. Locus hic ex *Harpocratione* petitus occurrit in mſcrpto Vaticano N°. 575, quo lexicum Harpocrationis univerſum, quemadmodum Suidae inſertum eſt, continetur. Novum Suidae operum editorem codex ille multum adiuvabit.

Ibid. καὶ μὲν] Ita editio Burmanniana perperam pro καὶ μὴν, quae valde mendoſa eſt. P. 59. bis legitur ἐκΦορεῖ pro ἐκροΦεῖ.

Cap. 36. τὴν δίκταμον .. ἐκβλητικόν] Haec *Xylander*; Codex δίκταμνον, quod mutari non opus eſt.

Cap. 37. ὑποκρύπτειν ἑαυτήν] Secundum codicem reſtituendum eſt ἀποκρύπτειν.

Cap. 39. ὅταν ἐξελθεῖν βούλεται] Omnes editiones perperam ferunt βούλεται pro βούληται.

Cap. 45. p. 76. μάχεσθαι πρὸς αὐτούς] Legendum, uti codex exhibet, πρὸς αὑτούς.

Cap. 48. p. 81. *de vulturibus*. Codex in margine: σημειωτέον, ὅτι περὶ τούτων εἰς τὴν ἑξαήμερον Φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος, οὕς γε καὶ ἀσυνδυάστως Φασὶν ὡς τὰ πολλὰ τίκτεσθαι.

Cap. 53. p. 96. καθαλμίσασαν] Vox nihili, cui ſubſtituendum καθαμμίσασαν. Omnino non neceſſarium eſt, ſcribi καταμμίσασαν; Graeci enim dicebant ἄμμος et ἅμμος. Haec vox mihi ſaepe fuit obvia in manuſcriptis, vel ſaepius invenies ὕΦαμμος quam ὕπαμμος.

Cap. 55. p. 99. ποιοῦνται δὲ τὸ χρῶμα] Locella (ad Marbod. p. 158.): „Legendum ποιεῖσθαι, quod praecedentes et ſequentes infinitivi in hac obliqua, ut dicimus, oratione poſtulant.“ Con-

iectura non optima. In codice legitur ποιοῦντα pro ποιοῦνται; lineola vero litterae α elongata simillima est iotae, itaque primum editorem in errorem duxit. Secundum codicem restituendum est θηρεύειν, ποιοῦντα τὸ χρῶμα κ. τ. λ. Paullo post pro τοῦτο ποιεῖν αὐτὸν legere mallem ταυτὸν τοῦτο ποιεῖν αὐτόν.

Cap. 56. p. 100. κενὸν] Codex καινὸν (*sic*) et cap. 59. p. 108. γενναῖον. Librarius videtur legere voluisse κενὸν et γενναίαν.

Cap. 62. p. 112. πολεμίους] Codex distincte πολεμίας, quod restruendum.

Cap. 65. p. 115. τὰ ὠὰ τῆς αἰγίθου] Codex, τῆς (sic). Femininum iure offendit librarium; legi debet τοῦ, quod auctor ubivis in hoc parvulo capite scripsit.

Cap. 66. p. 115. καταβέβληται βιβλία] Ad marginem codicis: σημειοῦ τὸ πλῆθος τῶν περὶ ζώων Ἀριστοτέλους βιβλίων. De locutione καταβάλλεσθαι βιβλίον DE RHOER *ad Porphyr. de abstinentia* p. 6. Paullo post manuscriptum pro προειρημένων *Beckmanni* exhibet προηρημένων (sic). Librarius notam mendae huic loco adiecit.

Cap. 72. p. 121. οὐθὲν ἑορᾶσθαι· μονοκέρωτα δὲ καί] Codex: οὐθὲν ἑωρᾶσθαι, μονοκέρωτά τε καί.

Cap. 76. p. 124. τοὺς ἀχαΐνους καλουμένους] Haec omnes editiones. Ad codicem mutandum est ἀχαΐνας. Dicitur ὁ ἀχαΐνης, nec ὁ ἀχαΐνος. Vid. interpretes ad cap. 55. Margo codicis insuper offert, ἀχαΐναι ποιά τις ἐλάφων ἡλικία.

Cap. 89. p. 136. *καὶ ἔργον εἶναι ἀφελεῖν*] Aristoteles, *hist. anim.* V. p. 276. *ed. Cam.* *χαλεπὸν ἀφελεῖν ἐστι.* Vid. de voce *ἔργον* in sensu vocis *χαλεπὸν* assumta van Goens *ad Porphyr. de antro nymph.* p. 4. Libanius Vol. IV. p. 518. *ὅσα μὲν ἔφη τότε, δύσκολον ἔργον ἁπάντων μεμνῆσθαι.* Margo editionis Morellianae offert *δῆλον ἔργον.* Vera lectio inest manuscripto N°. 5015. ubi verbi *δύσκολον*, quod glossa tantum vocis *ἔργον* est, ne minimum quidem vestigium reperitur. Locus Luciani (*Icaromen.* cap. 16.) restitutus est, uti videtur, a Belino de Ballu To. III. p. CV. versionis.

Cap. 92. p. 141. *περὶ τὸν Ὑπάνιον ποταμόν*] Aristoteles *Hist. anim.* V. p. 292. *π. τ. Ὑπάνην ποτ.* In utroque loco legendum est *Ὕπανιν ποταμόν.* Vid. supra p. 25.

Cap. 95. p. 144. *καὶ ἐὰν τις ἐάσῃ, εἰς νόσημα τοῦτο ἐμπίπτει· ὥσπερ Ἀλκμαίωνι τῷ φυσικῷ. καὶ Φερεκύδει τῷ Συρίῳ*] Ita codex omnesque editiones. Nihil adest, ad quod casus tertius pertineat. Equidem puto, hoc modo legendum esse, *καὶ ἐάν τις ἐάσῃ, νόσημα τούτῳ ἐμπίπτειν, ὥσπερ κ. τ. λ.* Lucianus Vol. II. p. 1. *Ἀβδηρίταις φασὶ... ἐμπεσεῖν τι νόσημα τοιοῦτο.*

Cap. 96. p. 146. *σφαραγίζεται*] Hoc *Niclasius* correxit. *Σφαργίζεται Xylandri* error tantum est typographicus. Codex cum *Meursio* *σφραγίζεται.* Vid. Iacobs. animadv. in Anthol. VIII. p. 180.

Ibid. *τέρας, Τεθνεότος ζωὴν ἕλκων φύσει*] Eodem modo codex distinguit. Vid. Iacobsius, l. c.

Cap. 98. p. 149. ἑπτὰ καὶ δεκάπηχυν] Codex et Meursius, ἑπτακαιδεκάπηχυν.

Cap. 103. p. 156. τὰ δεύτερα θήλεα] Incertus ſum, an codex habeat δευτερα an δεστερα. Vox eſt ſine accentu, et in margine lineola, qua menda indicatur, conſpicitur. Aristotelis locum, quem Antigonus recitat, penitus ſi perſpiceremus, hunc noſtrum reſtitui, nihil foret facilius.

Cap. 105. p. 156. τὴν ψίεθον] Sic quoque codex. Vid. nota Niclasii.

Ibid. ἕως τούτου πίνειν, ἕως] *Eo usque, dum.* In Scholiaste Luciani (Vol. II. p. 751.) legitur, ἀπὸ τούτου ἐπεὶ περιέτυχεν Ἀπολλωνίῳ. Correctiſſima phraſis. Supplendum ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου ἐπεὶ. Proxima vox poſita eſt pro ἐξ οὗ. Vid. Porsonus *ad Med.* p. 15. Quidam codices perperam ἀπὸ τοῦ ἐπεί.

P. 157. ἐκτριφθῆναι καὶ προσελθεῖν] Codex προσελθεῖν i. e. προελθεῖν, quod reſpondit verbo Aristotelis, ἐξῆλθεν. Eodem modo poſitum eſt cap. 89. προσαίσθηται pro προαίσθηται, et cap. 189. προσθέντας i. e. προθέντας, pro προσθέντας editionum, quod a nemine mutatum eſt, quamvis Xylander vertit *propoſuerunt.*

Cap. 109. p. 159. ὅταν καταφύγῃ πρὸς ὑπάρχοντα ᾠά] Codex, προσυπάρχοντα, i. e. προϋπάρχοντα ᾠά. Vid. Schneiderus de hoc loco.

Cap. 115. p. 165. μεμωρωμένας] Ita codex, nec μεμωραμένας, quod falſum. Scribendum ſaltem fuiſſet μεμωραμμένας, verbi μωραίνω. Vid. Henr. Stephani *theſ. l. gr.* To. II. p. 1666. Attici for-

tasse forma μεμωρασμένος usi sunt, cum dicerent μεμαρασμένος verbi μαραίνω, et μεμελασμένος verbi μελαίνω. Vltimum participium inter alia occurrit in collectione proverbiorum, quae exstat sub nomine Appendicis Vaticanae II, 93. Μυὸς ὄλεθρος· οἱ μύες ἀποῤῥεόντων αὐτοῖς τῶν μελῶν καταβραχὺ φθείρονται· ὅθεν καὶ Φιλήμων φησὶ ἐπὶ τῶν καθ' ὑπερβολὴν μεμελασμένων. Andr. Schottus in nota: „*Pro nihili voce* μεμελασμένων, *reponi malim* μεμελαγμένων." Fallitur. Μεμελασμένων omnino exstat inter voces graecas, et est ea ipsa, quam adhibuit auctor. Loco autem deficiunt quaedam. Restruendus est secundum codicem parisium N°. 1773. hac ratione: Μυὸς ὄλεθρος· οἱ μύες ἀποῤῥεόντων αὐτοῖς τῶν μελῶν καταβραχὺ φθείρονται· ὅθεν καὶ Φιλήμων φησί·

.... ἀλλ' ἀπόλλυμαι
Κατὰ μυὸς ὄλεθρον....

Μελάντερος πίσσης· ἐπὶ τῶν καθ' ὑπερβολὴν μεμελασμένων.

Cap. 119. p. 168. τὰ πλεῖστα τούτων ἐκτραφέντων] Codex, ἐκτραφέντων (*sic*). Melius legitur ἐκτραφέντα.

Cap. 122. p. 171. ὑπὸ τοῦ Αἰθίοπος] Legendum est duce codice ὑπό του Αἰθίοπος.

Cap. 125. p. 173. μώκου καὶ εἴρωνος] In Aristotele, lib. I. p. 24. aequo modo legendum est μώκου (non μωκοῦ) pro μώμου. Herodianus, *epimer. mss*. Μῶμος, ὁ ψόγος· μωμαίνω, τὸ ψέγω· μωμητὸν, τὸ μεμπτόν· μῶμαρ οὐδετέρως ὁ μῶμος. Μωκῶ-

μαι δὲ τὸ μέμφομαι, μακία ἡ μέμψις, μᾶκος ὁ μεμφόμενος.

Cap. 127. p. 174. τροπικώτερον.. πρὸς τὴν συνουσίαν] Codex ῥοπικώτερον, quemadmodum SALMASIUS opinatus eſt. De reſtitutione verſuum AESCHYLI, quos auctor paullo poſt recitat, qui vero penitus corrupti ſunt, conſuli poteſt TOUPIUS, *emend. in Suid.* Vol. III. p. 155, 5. et TEUCHERUS *ad Apollon.* p. 83.

Cap. 129. p. 178. τῆς ἐπιθυμίας ἐπωνυμίας τετυχηκέναι] Codex omnia immutata relinquit. Equidem opinor, vocem ἐπιθυμίας eſſe diſſecandam, quod propoſuere MEURSIUS atque TOUPIUS, l. c. *vol.* II. p. 521. Vid. quae infra dicentur de ANTONINO LIBER. cap. XV. LOCELLA (*ad Marbod.* p. 161.) pro ἐπιθυμίας proponit ἀπὸ δυσοσμίας, ſed haec coniectura non placet.

Ibid. τετάφθαι] Omnes editiones haec vitioſa premit lectio. Scribend. τεθάφθαι.

Cap. 130. p. 179. κατὰ δέ τινα χρόνον] Codex κατὰ δή τινα χρόνον.

Cap. 131. p. 180. Θεόπομπος δέ φησιν ἱστοριογράφος] Codex Θεόπομπος δέ φησιν ὁ ἱστοριογράφος.

Cap. 133. p. 183. Ἵππων δὲ ὁ Ῥηγῖνος] *Beckmannus:* „Hippon ille, inquit, Rheginus a nullo „ſcriptore niſi noſtro laudatur, quam ob cauſam „viri docti pro Hippone legendum putant Hippys „Rheginus, cuius frequens mentio apud veteres.“ Adnoto, SCHOLIASTEM *Apollonii Rhodii* IV, 262. ad exemplum codicis pariſienſis N°. 2727. offerre καὶ Ἵππων δὲ τοὺς Αἰγυπτίους ἀρχαιοτάτους γεγονέναι

λέγει. Editiones typis excuſae exhibent *καὶ Ἵπ-πους δέ.*

Cap. 186. p. 186. *οἷον τὰ τῶν μυῶν ἥπατα*] Xylander nobis dedit *οἷον τὰ τῶν μυῶν τὰ ἥπατα,* pro lectione codicis *μυῶν ητα* (ſic) *ἥπατα.* Verum ex mea opinione vox *ητα* ſine ullo dubio reſecanda eſt. Occurrunt interdum loca, quibus articulus repetitur; ſed vario modo (31). In Pseudoplutarcho *de fluviis* cap. XVI. ſ. 1. codex edit *Γαρμανθώνη τῶν κατ' Αἴγυπτον βασίλισσα τῶν τόπων.* Glenius bene reiecit ultimum *τῶν.* Idem facere debuiſſet cap. VI. ſ. 4. ubi omnes editiones *τὰ πέριξ ἐπλήρωσαν τὰ δένδρα,* dum in codice legitur *ἐπλ. τ̈ὰ δένδρα,* i. e. *ἐπλήρωσαν δένδρα.*

Cap. 141. p. 190. *διὸ καὶ τὸν Φιλόξενον οὐδεὶς ἀνεικοτολαλεῖν εἴποι, λέγονθ' οὕτως*] Codex *ἀν εικοτολαβεῖν,* ſic quoque Xylander; patet vero, librarium primo poſuiſſe *ἀν εικοτολακεῖν,* cumque deleviſſe ſuperiorem litterae *κ* partem, ut fieret *β.* (32)

---

(31) Exempla praebet Plato; *conviv.* cap. 14. *πρῶτον μὲν γὰρ τρία ἦν τὰ γένη τὰ τῶν ἀνθρώπων.* Cap. 30. *τὴν τούτου ταυτηνὶ τὴν θαυμαστὴν κεφαλήν.* Hocce proxime laudato loco Berglerus iniuria mutare voluit Ἀγκύλης in Ἀγγελῇσι vel Ἀγρυλῇσι. Ἀγκύλη etiam eſt nomen gentis cuiusdam Atticae, quemadmodum reſcimus per locum ſatis apertum lexici rhetorico-ſophiſtici codicis St. Germani: Ἀγκύλη καὶ Ἀράφη (*ſic,* corrigitur Ἀραφήν)· *δῆμος Αἰγηΐδος.* Legimus in Harpocratione Vaticani, No. 871: Τρικέφαλος· Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Εὐκλείδην· Μικρὸν δ' ἄνω τοῦ Τρικεφάλου, παρὰ τὴν Ἑστίαν ὁδὸν, τὸ πλῆρές ἐστι, τοῦ Τρικεφάλου Ἑρμοῦ. τοῦτον δέ φησι Φιλόχορος ἐν $\overline{\gamma}$ Εὐκλείδην ἀναθεῖναι Ἀγκύλῃσιν. Ultima voce carent editiones typis impreſſae. Sed conf. notam Gronovii, p. 124. et Wyttenbachii bibl. crit. Vol. III. P. 3. p. 86.

(32) Lectorem ad tabulam iam commemoratam reduco, ut ſentiat levem, quae eſt inter $\overline{\varkappa}$ et $\overline{\beta}$, ex codicis noſtri ſcriptura, differentiam. Lucas Holstenius pro littera *κ* recepit litteram *β,* in lo-

Quapropter opinatus ſum, legi poſſe *οὐδεὶς ἂν κομπολακεῖν εἴποι*. Particulam *ἂν* cum optativo coniungere neceſſarium fere eſt, atque verbum *κομπολακεῖν* optime de poetica locutione uſurparetur, cuius verum ſenſum indicare difficile. *Ariſtophanis* Scholiastes (Ranae, v. 992.) *ἐκομπολάκουν, κενοὺς ἐποίουν ψόφους, ἔλεγον κομπώδη, ὡς Αἰσχύλος.* Niclas elocutionem *ἀνεικοτολαλεῖν* miratur, a Meurſio propoſitam, quae omnino verae eſt ſimilior, quam lectio noſtri codicis. Nil magis nolo, quam pertinax de hac voce ſuscitare certamen, neque prorſus nego, eſſe graecam. Forma *λαλεῖν* vero, quae mea quidem eſt ſententia, multo rarius uſi ſunt, quam *λεγεῖν*, in verbis hoc modo compoſitis. Optime v. c. dicitur *αἰσχρολογεῖν, αἰσχροεπεῖν* (33), vel, ſi vis, *τὰ αἰσχρὰ λαλεῖν* (34); ſed dubito, veteres Graecos dixiſſe *αἰσχρολαλέω*. Eodem modo in uſu fuit verbum *εἰκοτολογεῖν*, neque vero *εἰκοτολαλεῖν*. Vnum

---

co Arriani *de venatione*, quem heic iam indico, cum nemo offenſus eo ſit. Cap. VII. legitur, *καὶ τὸ βάδισμα κοῦφον, καὶ πυκνὸν, καὶ ἄκρον.* Codex *ἁβρὸν*, quod reſtituendum eſt. *Ἁβρὸν* egregie ad *βάδισμα* quadrat. Suidas: *Καλπάζειν, τὸ ἁβρῶς βαδίζειν.* In Apollonii Dyscoli *excerptis* p. 554. *ed. Sturz.* occurrit: *παρὰ τῷ Ἀλκαίῳ ἐν Ἰκδόμῳ.* Hoc vero vox eſt nihili. *Sturzius* proponit *ἐν Ἐνδυμίωνι*. Littera $\overline{\kappa}$ in $\overline{\beta}$ mutanda eſt, et legendo codex ſequendus, qui exhibet, *ἐν ἑβδόμῳ.*

(33) Phrynichus *Προπαρασκ. Σοφιστ.* MS. *Αἰσχροεπεῖν· αἰσχρολογεῖν.*

(34) Tatiano (*adv. gent.* p. 161. A. *edit. Pariſ.* 1615.) haec formula reſtitui debet, *ῥιναυλοῦσι τὰ αἰσχρά.* Excellens Modenenſis codex legit, *ῥιναυλοῦσι μὲν γὰρ καὶ λαλοῦσι τὰ αἰσχρά. κινοῦνται δὲ κινήσεις, ἃς οὐκ ἐχρῆν, καὶ τοὺς ὅπως δεῖ μοιχεύειν ἐπὶ τῆς σκηνῆς σοφιστεύοντας αἱ θυγατέρες ὑμῶν καὶ οἱ παῖδες θεωροῦσιν.* In margine hoc ſcholion: *ῥιναυλοῦσι ἤτοι ῥινοκτυποῦσιν*, (attendamus in hanc vocem) *οἱονεὶ τὸ πνεῦμα τοῖς ῥώθωσι συνέλκοντες ποιὸν ἦχον ἐπὶ καταγέλωτι ἀποτελοῦσιν.*

huius modi compositum, quod legisse recordor, est μογιλαλεῖν. Quis vero est auctor, qui eo usus est? Theodorus Prodromus, in epistolis suis, fol. 55.

Cap. 144. p. 192. ἧς ἀναγράφομεν, ἅ ποτε] Lectio est *Xylandri.* Codex, αναγραφομενοσαποτε (*sic*), quod commuto in ἀναγράφομεν, ὅσα ποτέ.

Cap. 147. p. 194. ἱστορεῖ] Codex ἱστορεῖν, quemadmodum Bentleius vult. Xylandri oculos fugit lineola, quam super circumflexo cernimus. Lineola vocali superscripta litteram ν̄ notat, consonanti ᾱ. Vid. Porson *var. lectt. e Cod. Harlei. ad Odyss.* N. 552. in *postscripto* p. 85. et in *addendis ad Hecub.* p. 81.

Cap. 155. p. 202. ὅταν... ἀποπλύνουσιν] Lege uti codex, ἀποπλύνωσιν.

Cap. 158. p. 205. ἅλας] Hoc verbum codex quoque habet, neque ἄλλας, quod dedit Xylander.

Cap. 161. p. 206. τὴν δ' ἐν τοῖς 'Ινδικοῖς κρήνην ἰλανουδεγοκουφατατουτων βληθέντων αιαν ἐπιμένειν, ἀλλὰ πάντα καθέλκειν] Ita codex. Equidem corrigo, τὴν δ' ἐν τοῖς 'Ινδικοῖς κρήνην Σίλαν οὐδὲ τὸ κουφότατον τῶν ἐμβληθέντων ἐᾷν ἐπιπλεῖν, ἀλλὰ πάντα καθέλκειν.

Cap. 164. p. 209. τὸν ἐκ Μέμφεως ἀνάπλουν· εἰς τὴν καλουμένην ῎Ισιδος κρήνην ἄν τις] Hoc modo codex verba distinguit. Vid. Bentleius ad h. l.

Cap. 167. p. 213. 'Αορνείτιν] In codice animadvertitur punctum super litera ε, quasi haec esset secernenda. In margine legitur: σημειοῦ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν τὴν ῎Αορνιν λίμνην οὐχ ὑπερίπταται πτηνόν.

Ibid. *οὐδὲν τῶν ὀρνίθων*] In codice ultima vox accentu caret. Fortaſſe ſcribendum eſt *ὀρνιθίων* vel *ὀρνέων*.

Cap. 176. p. 219. *ποιεῖν ἔμφασιν τόξιον*] Codex *τοζιον* (ſic, accentu ſimul deficiente); quod ad praeclaram Bentleii correctionem *τοῦ ζεῖν* paullo propinquius accedit.

Cap. 178. p. 220. *ἐν τῇ Μυθοπόλει*] Niclas corrigit *Πυθοπόλει*, verum non eſt primus, qui hoc fecit. Invenimus hancce transmutationem iam in Bernardi notis ad Syneſ. de febrib. p. 116.

Cap. 182. p. 223. *τοῦ τῆς Χιμαίρας ὄρους*] Codicis margo *χειμερίας*.

Cap. 185. p. 226. *εἶναι δ' αὐτῶν τὴν ἀφήν*] Codex *εἶναι δ' αὐτῷ τ. ἀ.* Verbum *ἀπεδείκνυεν* pauculis lineis ante eſt vitium editionis Beckmannianae. Ceteri editores codicis lectionem ſecuti ſunt, dum recepere *ἐπεδείκνυεν*.

Cap. 186. p. 227. *ἄνθρακας ὀρύττεσθαι, δυνάμεις κάεσθαι*] *Carbones effodi, qui poſſint cremari.* Niclas immerito vocem *δυνάμεις* defendit; codex *δυναμένους*, quemadmodum Meursius coniecerat. Vid. Locella *ad Marbod.* p. 163.

Cap. 189. p. 230. *ψαιστὰ καὶ μάζας*] In codicis margine haec: *ἄλφιτα ἐλαίῳ καὶ οἴνῳ δεδευμένα, ἅπερ ἐπεθυμίουν* (l. *ἐπεθυμίων*) *τοῖς θεοῖς. Ψαιστὰ δὲ καλεῖται ἀπὸ τῆς μύλου περιψήσεως, μάζα δὲ ἄρτος, φύραμα.* Vid. Suidas.

Καθάπερ εἴ τινας] Codex *καθαπερεί τινας*, ut cap. 159.

XVI. Hippocratis *Epistolae*, Ἱπποκράτους ἰητροῦ Κώου Ἀσκληπιάδεω ἐπιστολαὶ διάφοροι. Quarum exstant viginti quinque, i. e. omnes sunt, quas continet editio a Ren. Chartierio curata (tom. I. ab initio) his exceptis: πρεσβευτικὸς Θεσσαλοῦ Ἱπποκράτους υἱοῦ (n. 2.) et ἐπιβώμιος (n. 5.). Epistolarum istarum textus correctissimus est, ac iis denuo edendis bene inserviret. Ultimam, cui est titulus Ἱπποκράτους ὑγιεινὸν πρὸς Δημήτριον Βασιλῆα, finiunt verba διατελεῖς ἄνοσος ἐὰν, uti quoque in nostris editionibus. Librarius addidit: ζητητέον τὸ λεῖπον τῆς ἐπιστολῆς καὶ τὴν πρὸς Πτολεμαῖον ὁλόκληρον. Sed litterae Hippocratis ad Ptolemaeum, quas dari illis verbis contenditur, nusquam, ni fallor, in editionibus reperiuntur. Inveni eas vero in codice Vaticano N°. 1065. p. 91. f., qui iam est Parisiis. His incipiunt verbis: ἐπιμελούμενοι τῆς σῆς ὑγιείας, ὦ βασιλεῦ, καὶ αὐτῆς φροντίδα τιθέμενοι, et finiuntur sequentibus: τοῖς μὲν νηπίοις, ἠπίους τὰς θεραπείας προσάγειν, τοῖς δὲ μείζοσιν ἐνεργεστέρας. Vid. Villebrunius *ad Hippocr. aphorism.* p. XIX. *not. m.*: „Est haec epistola (ad Ptolemaeum) cuiusdam medici nomine Alexandri, ut patet in codice 2240. bibl. Reg. Par.“ Ibi haec leguntur, fol. 156. vers.: Ἐπιστολὴ Ἱπποκράτους πρὸς Πτολεμαῖον· οἱ δέ φασιν Ἀλεξάνδρου τινὸς ἰατροῦ δοκίμου.“ Vid. quoque cod. Vatic. N°. 997. p. 145. b. et Nesselius, *catal. bibl. Caesar. Vindob.* P. III. p. 55.

XVII. Themistoclis *epistolae*, Θεμιστοκλέους ἐπιστολαὶ, numero una et viginti. Margo codicis epistolae quartae ad voces ὦ τὰν, eandem fert notam,

tam, quam Ruhnkenius inter eas de *Platone*, p. 6. in lucem edidit.

XVIII. Diogenis *epistolae*, Διογένους ἐπιστολαὶ, numero quadraginta novem. Margini tradita sunt scholia quaedam, quibus vero nihil novi inest, nisi in versu Aristophanis (Δαιταλ. *fragm.* XXI.), ad epistolam XVIII. citato, ad vocabulum στλεγγίς; et hunc Brunckius secundum Suidam sequenti dedit modo:

Οὐδ' ἐστὶν αὕτη στλεγγὶς, οὐδὲ λήκυθος.

Codex noster habet lectionem αὐτῇ, quae mihi praeferenda videtur. Ruhnkenius, *schol. de Platone*, p. 156. recepit αὐτοῖς. Quibus e scholiis aliud, nonnullam differentiam nisi respicis, idem ferme est, ac id, quod in Lucianum legitur, Vol. II. p. 684. (35).

XIX. Bruti *epistolae*, cum litteris Mithridatis, quae more consueto antecedunt, Μιθριδάτου τῶν Βρούτου ἐπιστολῶν συναγωγὴ, et paullo post, Βρούτου

---

(35) Ἰὼ ̓́νθρωποι. Τὸ ἐντελὲς, ἰὼ ἄνθρωποι, σχετλιαστικὸν ἐπίῤῥημα συναληλιμμένον τῷ ἄνθρωποι. Εἰώθασι δὲ οἱ μετρικοὶ τοῦτο ποιεῖν κἂν ταῖς παραθέσεσιν, ὁποῖον τὸ ἀληθινὰ 'γὼ, καὶ τό·

Ἐν Πειραεῖ δήπου 'στι Κανθάρου λιμήν.

Καὶ ἔτι οἱ καταλογάδην χρῶνται τῷ τοιούτῳ, ὡς Πλάτων· ποῖ φέρεσθε ὦ ̓́νθρωποι; ἐστὶ γὰρ τὸ ἐντελὲς, ὦ ἄνθρωποι. Hunc in modum corrigendum est secundum codicem quendam Vaticanum illud scholion, quod in Luciani editionibus valde corruptum offendit, ac ex altera parte lingua graeca, ex altera vero latina conflatum. Insuper iam noto, a nemine quia notatum est, versum ἐν Π. κ. τ. λ. in Aristophane Εἰρ. v. 145. citationemque Platonis desumtam esse Clitophonti (Vol. XI. p. 277. ed. Bip.) ἐπιτιμῶν τοῖς ἀνθρώποις, ὥσπερ ἐπὶ μηχανῆς τραγικῆς θεὸς, ὑμεῖς, λέγων, ποῖ φέρεσθε ἄνθρωποι (leg. ὦ ̓́νθρωποι). Hic locus celeber factus est imitatione, qua redditur a multis aliis veterum scriptoribus. Vid. Wyttenbachius *in bibl. crit.* Vol. III. P. 1. p. 42.

Ῥωμαίων ὑπάτου ἐπιστολαί. Ratio mihi eſt, qua inducitur animus credere, in curanda Commelini editione noſtrum codicem eſſe conſultum.

Haec ſunt varia fragmenta noſtro manuſcripto comprehenſa, quorum ſingula quae propria habeant, deſignare Tibi volui, priusquam proponerem Antoninum Liberalem atque Parthenium.

Obſervationes, quas de utroque horum auctorum Tecum communicaturum iam me vides, non tanti ſunt, et mea quidem opinione, momenti, ut darent novae editioni locum. Haud enim a partibus ſum eorum, qui ob parvulam correctionum et grammaticalium aliarumque obſervationum copiam, quantivis ſint pretii, editiones ſcriptorum, quae reliquere veteres, augeri geſtiant; quod factum eſt e nonnullo tempore nimis profecto ſaepe in Germania, ubi maior editorum pars, dum varias bonorum codicum lectiones nequit colligere, in textum coniecturas plus minusque rectas recipit ac ſaepius non curat formae externae gratiam, quam et priſci auctores merentur et homines plerumque poſtulant, quibus, etſi non docti ſunt, farraginem tamen librorum comparare haud displicet. Haec ſunt, quae ab exteris in editionibus Germanorum reprehendi ſolent, et me iudice ſaepe non iniuria. Alia, qua ductus formae editionis formam epiſtolae antepoſui, ratio latet in eo, quod digredi interdum placet ad res, quae, arctius rem ſpectare ſi velis, ad neutrum auctorum meorum pertinent. Vox phraſisve textui adſcripta, aſſerta vera vel falſa, quae in commentatorum notis leguntur, facient occaſio-

nem adiiciendi de aliis auctoribus obſervata, quae in editione locum aptum forſan non haberent, in litteras vero iure optimo recipiuntur, ſint vera ſeu veroſimilia tantum, ſecundum regulas criticas, quaecunque nondum dicta lectorum talia amantium curioſitatem incitare poſſunt.

ADNOTATIONES

DE ANTONINO LIBERALI.

Gulielmus Xylander (36), editorum primus, non operae pretium putavit, typis excudendam curare capitum tabulam, quam codex in fronte huius operis, eo fere modo ut in Arriano *de venatione,* fert. Qui conſpectus, quamquam ipſi Antonino originem debere non videtur, propterea tamen non erat ſupprimendus. Cum dubium mihi nullum ſit, quin auctor noſter maturius ſeriusve in lucem denuo rediturus ſit, omnia quia denuo eduntur, iam in eo ſum, ut addam tabulam iſtam, qualem in manuſcripto inveni, a prima conſtructam manu, ut, ni diſpliceat, novae editioni praefigi queat.

---

(36) Nomen ei fuit Holzmann, quod ipſe, qui erat aevi iſtius mos, in linguam graecam transtulit. Anonymus quidam ad eum ſcripſit epigramma graecum, quod immiſit initiis editionis operum Antonini, Baſil. 1568.

Οὐδὲν ἄτερ ξύλων ὁ βίος, Ξύλανδρε, καὶ ἀνδρῶν,
Ξύλα καὶ ἄνδρες ἄνευ οὐδὲν ἐασι βίου.

ἈΝΤΩΝΊΝΟΥ ΛΙΒΕΡΆΛΙΣ

ΜΕΤΑΜΟΡΦΏΣΕΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΉ.

α΄. Κτήσυλλα εἰς πελειάδα (37) μετὰ θάνατον.

β΄. Αἱ Μελεάγρου ἀδελφαὶ εἰς μελεαγρίδας.

γ΄. Ἱέραξ εἰς ἱέρακα.

δ΄. Κραγαλεὺς εἰς πέτρον.

ε΄. Αἰγυπιὸς καὶ Νεόφρων εἰς αἰγυπιούς· Βουλὶς εἰς πώϋγγα· Τιμάνδρη εἰς αἰγίθαλλον.

ϛ΄. Περί ας εἰς αἰετόν· ἡ γυνὴ αὐτοῦ, εἰς φήνην.

ζ΄. Ἄνθος, Ἐρωδιὸς, Σχοινεὺς, Ἄκανθος, Ἀκανθυλὶς εἰς ὄρνεα ὁμώνυμα· Αὐτόνοος εἰς ὄκνον· Ἱπποδάμεια εἰς κορυδόν· ὁ ἀκόλουθος Ἄνθου εἰς ἐρωδιὸν ἕτερον.

η΄. Λαμία ἢ Σύβαρις, εἰς πηγὴν ὁμώνυμον Σύβαριν.

θ΄. Αἱ Πίερος (38) θυγατέρες εἰς ὄρνιθας ὁμωνύμους ἠμαθίδας· ἔστι δ' αὐτῶν ὀνόματα τάδε· κολυμβὶς, ἴϋγξ, κεγχρὶς, κίσσα, χλωρὶς, ἀκαλανθὶς, νῆσσα, πιπὼ, δρακοντίς.

ι΄. Λευκίππη, Ἀρσίππη, Ἀλκαθόη, Μινύου θυγατέρες, εἰς νυκτερίδα, γλαῦκα, βύζαν.

ια΄. Πανδάρεος εἰς ἁλιαίετον· Ἀηδὼν καὶ Χελιδονὶς εἰς τὰ ὁμώνυμα ὄρνεα· ἡ μήτηρ τῆς Ἀηδόνος εἰς ἀλκυόνα· ἀδελφὸς Ἀηδόνος εἰς ἔποπα· Πολύτεχνος ὁ ἀνὴρ αὐτῆς εἰς πελεκᾶνα.

ιβ΄. Κύκνος Ἀπόλλωνος, καὶ Θυρίη ἡ μήτηρ αὐτοῦ εἰς κύκνους.

---

(37) Codex: πελιάδα.

(38) Codex: πίερος (ρε superscript) (*sic*).

ιγ'. Ἀσπαλὶς εἰς ξόανον μετὰ θάνατον.

ιδ'. Μούνιχος εἰς τριόρχην, καὶ Ληλάντη ἡ γυνὴ αὐτοῦ εἰς πιπώ· τῶν παίδων αὐτοῦ Ἄλκανδρος εἰς ὀρχίλον· Μεγαλήτωρ εἰς ἰχνεύμονα· Φίλαιος εἰς κύνα· Ὑπερίππη εἰς αἴθυιαν.

ιέ. Μεροπὶς εἰς γλαῦκα· Βύσσα εἰς ὁμώνυμον ὀρνιθάριον· Ἄγρων εἰς χαραδριόν· Εὔμηλος εἰς νυκτικόρακα.

ιϛ'. Οἰνόη εἰς γέρανον.

ιζ'. Λεύκιππος ἐκ θηλείας εἰς ἄῤῥενα.

ιή. Ἥροπος εἰς ὄρνιθα ὁμώνυμον.

ιθ'. Λάϊος, Κελεὸς, Κέρβερος, Αἰγωλιὸς εἰς ὁμωνύμους οἰωνούς.

κ'. Κλεῖνις εἰς ὑψιαίετον (39)· Λύκιος εἰς κόρακα· Ἀρτεμίχη εἰς πίφιγγα· Ὀρτύγιος εἰς αἰγίθαλλον· Ἅρπη καὶ Ἅρπασος εἰς ὁμωνύμους ὄρνιθας.

κά. Πολυφόντη εἰς στύγα· Ὄρειος εἰς λαγών· Ἄγριος εἰς γύπα· ἡ θεράπαινα αὐτῶν εἰς ἴπνην.

κβ'. Τέραμβος εἰς κεράμβυκα.

κγ'. Βάττος εἰς πέτρον.

κδ'. Ἀσκαλαβὸς εἰς ζῶον ὁμώνυμον.

κέ. Μητιόχη καὶ Μενίππη εἰς ἀστέρας κομήτας.

κϛ'. Ὕλας εἰς ἠχώ.

κζ'. Ἰφιγένεια εἰς δαίμονα καλούμενον Ὀρσιλόχην.

κή. Τυφὼν εἰς διάπυρον μύδρον· Ἀπόλλων εἰς ἱέρακα· Ἑρμῆς εἰς ἶβιν· Ἄρης εἰς λεπιδωτὸν ἰχθύν· Ἄρτεμις εἰς αἴλουρον (40)· Διόνυσος εἰς τράγον·

---

(39) Codex: Κλεινὶς εἰς ὑπαίετον.

(40) Codex: αἴλουρον (σί superscript) (*sic*).

Ἡρακλῆς εἰς ἔλλον· Ἥφαιστος εἰς βοῦν· Λητὼ εἰς μυγαλήν.

κθ'. Γαλινθιὰς εἰς γαλῆν.

λ'. Βιβλὶς εἰς Ἁμαδρυάδα νύμφην ὁμώνυμον.

λά. Μεσσάπιοι παῖδες εἰς δένδρα.

λβ'. Δρυόπη εἰς αἴγειρον.

λγ'. Ἀλκμήνη εἰς λίθον μετὰ θάνατον.

λδ'. Σμύρνα εἰς δένδρον ὁμώνυμον.

λέ. Βουκόλοι εἰς βατράχους.

λϛ'. Πανδάρεος εἰς πέτρον.

λζ'. Δωριεῖς οἱ μετὰ Διομήδους εἰς ὄρνιθας μετὰ θάνατον.

λή. Λύκος εἰς πέτρον.

λθ'. Ἀρσινόη εἰς λίθον.

μ'. Βριτόμαρτις εἰς ξόανον Ἄφαιαν.

μά. Ἀλώπηξ καὶ κύων εἰς λίθους.

Monendum eſt, ante iſtam tabulam codicem aliam inſuper offerre, quam, cum eius vix ſentiam uſum aliquem, non arbitror dignam, quae imprimatur. Nihil continet, niſi indicem quorumdam nominum avium, de quibus Antoninus diſſerit.

Cap. 1. Χορεύουσαν Πυθίοις παρὰ τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος] Codex πάρα (ſic) τ. β. Verheykius iam coniecit περὶ τ. β.

Ἐγέγραπτο δὲ ὅρκος κατὰ τῆς Ἀρτέμιδος, ἦ μὴν γαμηθήσεσθαι Ἑρμοχάρει Ἀθηναίῳ] Vox κατὰ haud commode legitur: deleta ſunt quaedam inter verba ὅρκος et τῆς. Cum non credibile ſit, deſcriptorem

ſcribere voluiſſe ὅρκος τῆς Ἀρτέμιδος, quod iusiurandum ab ipſa Diana datum notaret; XYLANDER mihi videtur bene inſeruiſſe particulam κατά. Verbi ὀμνύειν, ſicuti ὅρκος, cum hac praepoſitione conſtructio ſaepius occurrit. Locum SCHOLIASTAE *Apollonii Rhodii* laudabo, qui omne dubium, ſi quod reſtat, ſolvet. L. II. v. 259. Καὶ αὐτὸς οὖν ὀμόσας κατὰ τοῦ Ἀπόλλωνος, προσεπόμνυσι καὶ κατὰ τῶν συμφορῶν, ὥστε οὐκ ὀρθῶς ἐπιλαμβάνονται λέγοντες, ὅτι ὄμνυσι καθ' ὧν οὐδεὶς ἐστι κίνδυνος. Οὐ γὰρ ὥσπερ κατὰ τῶν ὀφθαλμῶν ὄμνυμεν, οὕτω καὶ κατὰ τῆς συμφορᾶς. ἐκείνους γὰρ ἢν μὴ εὐορκῶμεν, τὴν ἀπώλειαν ὁ ὅρκος ἐμφαίνει τῶν ὀφθαλμῶν. οὗτος δὲ τὴν συμφορὰν ὁ ὅρκος προστίθησι, δι' ἧς αὐτός τε ὁ ὅρκος περιπαθέστατος γίνεται, καὶ ὁ ἀκροατὴς εἰς οἶκτον ἐφέλκεται. Hic locus, quemadmodum eum dedi, non exhibetur in editionibus impreſſis. Transſcripſi eum e codice bibliothecae pariſinae N°. 2727. qui ſaepius locutionibus, quam ſenſu verborum et rebus ab editionibus diſcedit. Idem codex habet l. IV. v. 1020. ὄμνυσι μὲν κατὰ τοῦ Ἡλίου, ὅτι πρόγονος αὐτῆς, κατὰ δὲ τῆς Ἑκάτης, ὅτι τε προσήκει Κόλχοις κ. τ. λ. ARISTIDES Tom. II. p. 410. τὸ δὲ καὶ ὀμόσαι ὡς κατὰ θεῶν τῶν προγόνων, τοῦτο ἔχοι (l. ἔχει) τὴν ὑπερβολὴν τῆς σεμνότητος, ubi nota compendiariam loquendi formam, pro ὀμόσαι κατὰ τῶν προγόνων, ὡς κατὰ θεῶν. Vid. SCHAEFERUS *ad Iulian.* p. XIX. ſq. In margine mſpti pariſini N°. 1741: Ὡσεὶ ἔλεγεν, ὅτι καὶ καθ' ὑμῶν ὁμοίως οἱ μεταγενέστεροι, ὡς κατὰ θεῶν, ὀμοῦνται, ἐπειδὴ τὰ ὅμοια προείλεσθε. LUCIANUS, *Dialog. meretricum* vol. III. p. 296. ὤμοσε γὰρ,

ὦ μῆτερ, κατὰ ταῖν (41) θεαῖν (codex Vaticani N°. 87. θεοῖν, quod aptius eſt. Vid. Schneiderus *ad Aelian.* N. A. IX. 65.) καὶ τῆς Πολιάδος. Conf. quoque Schaefer. *ad Longum*, p. 353. ſ. Alciphron III. 5. καὶ ὤμοσα κατ᾽ ἐμαυτοῦ, μήποτε ὑπομεῖναι παρά τινα τῶν ἐν πόλει δανειστῶν ἐλθεῖν, μήδ᾽ ἂν φθάνοιμι λιμῷ κατασκλῆναι. Berglerus tranſtulit, *iuravique per me ipſum*, Wagnerus, *iuravi mecum*; prior vero obſervat, duos codices legere ὤμοσα κατελώνας ἐμαυτοῦ. Pariſini habent ὤμοσα κατεξ.... ἐμαυτοῦ, ſpatio brevi vacuo ante ἐμαυτοῦ interiecto. Non dubito, quin auctor ſcripſerit ὤμοσα κατ᾽ ἐξωλείας ἐμαυτοῦ. Demosthenes, κατὰ Ἀριστοκράτους, tom. I. p. 642. *edit. Reiskii*, πρῶτον μὲν διομεῖται κατ᾽ ἐξωλείας αὐτοῦ καὶ γένους καὶ οἰκίας.

Κατήνεσε τὸν γάμον ὁ πατήρ] Phraſis καταινεῖν γάμον, παῖδα κ. τ. λ. in poetis invenitur, ut multae aliae, quas Antoninus ex iis, quos tranſcripſit, conſervavit. Loco Pindari, quem Munckerus laudat, addi poteſt Euripides, *Iphig. in Aulide*, v.

---

(41) Inter omnes conſtat, hac formula notari Cererem et Proſerpinam. Neſcio, an eaedem deae appellatae quoque ſint σεμναὶ θεαί, quod contenderunt Wagnerus *ad Alciphronem*, tom. II. p. 357 et Iacobsius (Muſeum Atticum, vol. III. 2. p. 251). Utinam opinionem probaſſent. Veterum loci, quorum magnam copiam adducere poſſem, in eo conveniunt, ut declarent, verba σεμναὶ θεαὶ ſignificare *Eumenides* ſeu *Furias*, nec video equidem minimam hanc ſententiam relinquendi rationem, quod attinet ad Alciphronis locum. Vid e. c. Boettiger *de Furiis*. p. 93. *verſ. Winkleri*. *Apollonii Rhodii* Scholiastes, I. 1019. ſecundum codicem pariſium, locum ſequentem offert: ἱεράν φησι τὴν πέτραν κατ᾽ εὐφημισμόν. Εἰώθαμεν γὰρ τὰ μετὰ κακοπαθείας πραχθέντα ἱερὰ καὶ σεμνὰ καλεῖν· τὰς μὲν γὰρ Ἐριννύας, Εὐμενίδας καὶ σεμνὰς καλοῦμεν θεὸς, τὴν δὲ λέπραν ἱερὰν νόσον· ἤδη δέ τινες καὶ τὴν λοιμικὴν οὕτω ἐκάλεσαν.

695. In *Oreste*, v. 1090. Brunckius pro λέχος ἐπήνεσα dedit λέχος κατήνεσα. Porsonus diſſentit ab iſta mutatione et iure notat: „*Vox* καταινεῖν *dicitur tantum de* τῷ κυρίῳ.“.

Χαλεπῶς δὲ φέρων Ἑρμοχάρης ἐπὶ τῷ τούτου (τοῦ Ἀλκιδάμαντος) διαμαρτεῖν] His exprimitur: *illius petitioni non eſſe ſatisfactum ab hoc, illum non obtinuiſſe apud hunc, quod optaret.* Conſtructio verborum χαλεπῶς φέρειν cum ἐπὶ vulgatiſſima eſt. Vid. Wyttenbachius, *Bibl. crit.* Vol. III. P. 2. p. 17. Multo rarius caſus tertius ſolus uſurpatur. Vid. Vigerii *idiot.* p. 314. Libanius eodem ſenſu dixit, χαλεπῶς φέρειν διά τι, Vol. IV. p. 755.

Κατὰ θεῖον] Verheykius iure hanc formulam, cui ſubſtituere voluerunt κατὰ θεὸν, defendit. Vox θεῖον cum rarius legatur, quam θεὸς, a librariis et editoribus interdum per hanc compenſata eſt. Lucas Holstenius in Arriano *de venatione* cap. XXXVI. imprimi iuſſit οὐκ ἀγαθὸν ἀπειθεῖν τῷ θεῷ, dum codex diſtincte fert τῷ θείῳ, quod minime relinquendum eſt. Lexicographus ab Hermanno editus, p. 386. Ἀναπέμπειν, inquit, τὸ ἀναφέρειν· οἷον ἀναπέμπει τῷ κρείττονι (42), ἤτοι τῷ θεῷ, εὐχάς. Hic locus, uti totum fere lexicon, in Phavorino

---

(42) Eodem ſenſu invenimus οἱ κρείττονες, *dii*, quod vero non ſemper intellexere. Libanius IV. p. 656. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες, ὅσοι τὴν οἰκουμένην οἰκοῦσιν ἄνθρωποι, ἀπὸ τῶν κρειττόνων τὴν εὐτυχίαν ἄγουσι, καὶ δέονται τῶν θεῶν, τὴν ἀμείνω τύχην ἐλπίζοντες· ἐγὼ δὲ ὁ δείλαιος κ. τ. λ. Morellus falſo vertit, *inter meliora proſperitatem celebrant.* Ἀπὸ τῶν κρειττόνων ſignificat *a diis.* Pro verbo ἄγουσι, cui Reiskius ſubſtituere voluit αἰτοῦσι, legendum eſt ad exemplum cod. No. 3017. ἔχουσι, *proſperitatem a diis tenent, obtinent.*

quoque legitur, neque aliter; fed codd. parifiorum potior eft lectio ἤγουν τῷ θείᾳ.

Καὶ τὸ μὲν σῶμα κομίσαντες, ἔφερον ὅπως κηδεύσωσιν] Codex: κομίσαντες. Haec lectio defenditur a Munckero, Verheykio et L. Bosio *obfervatt. mifcell.* p. 243. et ego omnino credo, eius mutationem effe ineptam. Iacobsius (*Ephem. litter. univerf. Halae,* 1806. N°. 281.) cum *Berkelio* lectionem κοσμήσαντες praefert. Idem vir doctus pro κηδεύσωσιν fcribi debere κηδεύσουσιν adnotat.

Οἱ δὲ (Κεῖοι) θύουσιν ἄχρι νῦν Ἰουλιῆται μὲν Ἀφροδίτῃ, Κτήσυλλαν ὀνομάζοντες, οἱ δὲ ἄλλοι Κτήσυλλαν Ἑκαέργην.] In codice vox Ἀφροδίτῃ duabus virgulis inclufa eft. Prorfus neceffarium effe legere Ἀφροδίτην pro Ἀφροδίτῃ non puto. In lucem paullo quidem clariorem phrafis prodiret, fi cafus tertius, qui verbo θύουσιν neceffarius mihi videtur, ante Ἰουλιῆται μὲν pofitus effet; fed non fum is, qui amem eiusmodi mutationes, nifi ullo codice adprobentur. Senfus femper idem: *Cei ad hoc usque tempus facra faciunt Veneri, et Iulietae quidem eam Ctefyllam appellant, ceteri Ctefyllam Hecaërgen.* Verheykius p. 4. in nota bene monet, infulam *Ceum* (hodie Τζία) faepe cum infulis *Coo* et *Chio* commifceri. Theophrastus *hift. plant.* IX. cap. 17. ἐπεὶ καὶ Χίους φασὶ τῷ κωνείῳ πρότερον οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τρίβοντας χρῆσθαι. In margine eft Κίους. Utraque lectio falfa eft; fcribendum eft Κείους. Κῖος et Κεῖος non funt eadem infula. Scholiastes *Platonis* p. 250. ed. Ruhnk. (fecundum cod. parif. N°. 1807.) Κῖος· εἰ μὲν ἐκ τῆς Κίου, πόλεως

Μυσίας, διὰ τοῦ ι· εἰ δὲ ἐκ τῆς Κέω, διὰ διφθόγγου. *Bod. a Stapel* p. 1147. laudat DIOSCORIDEM IV. p. 276. ἐνεργέστατον δέ ἐστι τὸ Κρητικὸν κώνειον.... καὶ τὸ ἐν τῇ Χίῳ γεινώμενον. Corrigunt Κῷ pro Χίῳ. Bod. a Stapel Χίῳ defendit Theophrasto innixus; sed VILLOISONIUS in Dioscoride duce vera Theophrasti lectione Κέῳ restauravit, quod valde laudandum. Vid. quoque Intt. VALERII MAXIMI, II. 6.

Cap. II. Αὕτη κατὰ μῆνιν ἐφορμᾷ σῦν ἄγριον] MUNCKERUS: „*Hoc atticum. Vid.* GRAEVIUS *ad Lucian. Soloec.*, vol. III. p. 565." GRAEVIUS vero de verbo ἐξορμάω, non de ἐφορμάω loquitur. Ceterum utrumque modo est activum, modo neutrum; sed ἐφορμέω et ἐξορμέω numquam significatione activa instructa esse possunt. SCHOLIASTES *Luciani*, qui ad marginem codicis N°. 90. Vaticani scriptus est, inepti aliquid profert, dum l. c. dicit: ἐξορμέω γὰρ ἐξορμῶ ἄλλον, ἐξορμάω δὲ ἐξορμῶ ἐγώ. Codicis St. Germani scholiastes ad sensum fere scholiorum excusorum: Ἐξορμῶ ἐνέργειαν σημαίνει, οὐκ αὐτοπάθειαν. In HARPOCRATIONE verba editionum, κατά τινων ὁρμᾷν, ἐπιτηροῦντας καιρὸν ἐπιθέσεως, ad vocem ἐφορμεῖν, corrupta sunt. Lege ὁρμεῖν suadente ABRESCHIO, *lect. Aristaen.*, p. 520. Quae correctio codici Vaticano N°. 871. innititur.

Τὰ ἡμίσεια τῶν γερῶν] Occurrit ἡμίσεα, ἡμίση. (Vid. Intt. *ad Thom. Mag.* p. 421.) Non memini legere τὰ ἡμίσεια. Nihilominus NICANDER forsan hac forma usus est, et cavendum, ne mutemus.

Nofcimus tantum formam ordinariam *τὰ θήλεα*, fed Aratus v. 1068. dixit:

Θήλειαι δὲ σύες, θήλεια δὲ μῆλα καὶ αἶγες.

Ἐφ' ὅσον ἂν ὁ δαλὸς διαμένει] Codex nil aliud. Scribe διαμένοι. Teucherus in noviffima Antonini editione, Lipf. 1806. διαμένῃ excudi iuffit.

Αἱ δὲ (Μελεαγρίδες) ἄχρι νῦν ἔτι καθ' ὥραν ἔτους λέγονται πένθος ἐπὶ Μελεάγρῳ φέρειν] Verba καθ' ὥραν ἔτους vario modo verfa funt; nunc *pro anni tempore*, fecundum anni tempus, κατὰ τὴν τοῦ ἔτους ὥραν, uti κατὰ τὰς ὥρας, fecundum anni tempora, vel *certo anni tempore*, quod vero non fatis accurate translatum; nunc *tempore aeftivo*, i. e. flagrantiffima aeftate, diebus canicularibus, quod tempus cum quadam excellentia ὥρα ἔτους nominabatur. Vid. claffiicus Galeni locus in *Graevii lect. Hefiod.*, p. 8. laudatus. Herodianus, p. 465. *ed. Pierfoni*: „Ἔτους ὥραν ἰδίως τὸ θέρος Ἀττικοί." Ὥρα ἔτους fenfu hoc occurrit, e. c., in Arriano, *peripl. Pont. Euxin.* p. 4. 15. et 18. (t. I. geograph. min.). Qui loci non melius latine redditi funt, quam Olearius reddidit Philostratum in *vita Apoll.* l. VI. cap. 1. p. 229. περαίνουσί τε γὰρ τὰς ἠπείρους ἐν ὥρᾳ ἔτους (*eâ anni tempeftate*), ὁπότε ἡ γῆ ἐρᾷ τούτου. Morellus melius transtulit, *aeftatis tempore*. Pro περαίνουσι codex parifius, N°. 1696. habet πιαίνουσι, quod coniecit Iacobsius, exercit. crit. tom. II. p. 87. Qui cupidi funt modum, quo veteres anni tempora difpenfabant, cognofcendi, notas legant doctas Corayi *in Hippocratem*, tom. II. p.

198. et 208. Proximo loco de expreſſione ὥρα ἔτους differitur. Alia, quae ſaepe legitur, formula eſt ὥρα θέρους, ὥρα χειμῶνος, tempus aeſtatis, hyemis, pro θέρος, χειμών. Heliodorus, l. VIII. cap. 14. p. 359. οἵα δὴ θέρους ὥρᾳ. Aelianus, N. A. II. 25. ἐν ὥρᾳ θερείῳ, VIII. 22. καί ποτε ἦν ὥρα θέρεος (lege θέρειος, ad codicem N°. 997), et XIV, 29. τῇ μὲν ὥρᾳ (codex N°. 997. addit τῇ) χειμερίῳ. Heraclid. *alleg. Homer.*, p. 40. *ed. Schow.* εἰ δὲ θέρος μὲν ὁμολογεῖται κατ' ἐκεῖνον εἶναι τὸν χρόνον, αἱ δὲ νόσοι περὶ τὴν ὥραν συνίστανται. Egregius Vaticani codex N°. 871. lectionem recipiendam offert, περὶ τὴν θέρειον ὥραν συνίστανται. — Πένθος φέρειν nihilo fortius quam πενθεῖν. Phalaris, *epiſtola* 97. τὴν ἀρετὴν τοῦ γονέως, ἐφ' ᾧ γε τὸ πένθος φέρεσθε. Lucianus ſimili phraſi utitur, *Timon.*, vol. I. p. 135. ἀληθὲς ἄγοντας τὸ πένθος. Strabo, l. XVII. p. 1171. C. πένθος αὐτῆς ἄγεται μετὰ τὸν τῆς παλλακείας καιρόν. Suidas: Ἰάλεμος· ὁ ἐπὶ τοῖς ἀπολωλόσιν ἀνίαν φέρων. Notus eſt Theocriti *luſus verborum*, (XXVI, 26):

Ἐξ ὄρεος πένθημα, καὶ οὐ Πενθῆα φέροισαι.

Ὅτι τὴν χάριν αὐτῷ Ἄρτεμις διδοῖ] Xylander vertit *eam gratiam*. Munckerus in nota, τὴν χάριν ταύτην, quod Teucherus iniuria in textum recepit. Vox ταύτην, quae in mſpto fruſtra quaeritur, plane eſt inutilis; articulus τὴν loco pronominis adhibitus eſt. Cap. XX. Ἀπόλλων δὲ Λητοῖ καὶ Ἀρτέμιδι δίδωσι τὴν χάριν, *hanc gratiam dedit.* Libanius IV. p. 52. ὁ Χρύσης... βουλόμενος ἀνασῶσαι τὴν θυγατέρα, πρὸς τὸ στρατόπεδον ἧκεν, οὔτε

λύτρων φειδόμενος, τῷ τε θεῷ δοῦναι τὴν χάριν ἱκετεύων. MORELLUS vertit, *hanc Deo gratiam concedi ſupplicans.*

Cap. III. Τοὺς μὲν ἐκείνης καρπούς] VERHEYKIUS proponit ἐκ γῆς καρπούς, quod legimus in PLATONE, *Theaeteto* (vol. II. p. 63. *ed. Bipont.*) συγκομιδὴν τῶν ἐκ γῆς καρπῶν. Coniectura nihil iuvat. Ἐκείνης ſpectat ad Cererem, ſicuti initio huius capitis genitivus αὐτῆς, qui ſine praecedente praepoſitione παρὰ a voce καρποὺς dependet magis quam a verbo ἔλαβεν.

Καὶ τὸ ἦθος ἤλλαξεν, ἀφανίσας] Recte explicabimus ἀφανίσας per ἀφανίσας ἐξ ἀνθρώπων; quae ut addantur, non prorſus neceſſarium eſt. Ex numero phraſium, quibus lingua graeca notionem *moriendi* reddit, eſt quoque μεταλλάσσειν ἐξ ἀνθρώπων. Vid. v. c. ARRIANUS, *periplo Ponti Euxini*, p. 25. Sed ſolum verbum μεταλλάσσειν idem valet. PHLEGON TRALLIANUS, p. 16. πάντες οἱ οἰκεῖοι μεταλλάσσοντες, i. e. *omnes qui e familia obeunt.*

Cap. IV. Οὗτος ἐγεγόνει γεραιὸς ἤδη] Lege γηραιὸς, uti codex et Xylander.

Ἐφ᾽ ἧς (Ἀμβρακίας) ἡ πόλις Ἀμβρακία καλεῖται] Vocem ἐφ᾽ codex puncto notat. Librarius ſcribere maluiſſe videtur ἀφ᾽.

Καὶ αὐτὸς μέγιστα χαρίσασθαι τοῦτο τῇ πόλει] Verbum τοῦτο obſtat, quia non ſatis correcta eſt phraſis, ſive ſumas pro διὰ τοῦτο, ſive pro κατὰ τοῦτο, ſequentibus iunctum (ut cap. XXII.) *eum hac in re urbi ſummopere gratificatum eſſe, ſumma liberalitate erga urbem in ea re fuiſſe, videlicet*

etc. Munckerus lectionem ταύτῃ τῇ πόλει praeferebat, quam Teucherus male in textum recepit. Nihil facilius eſt, quam contendere, vocem difficilem eſſe reiiciendam; ut vero ſententia probetur, opus eſt auctoritate codicis cuiusdam boni. Xylander non reddidit τοῦτο, ita vertens, *ſed et a ſe maxima in urbem profecta eſſe beneficia.*

Καὶ παρὰ τοῦτο πολλοὺς ἀπολέσθαι τὸν Φάλαικον] Xylander, *ex eaque occaſione multos fuiſſe a Phalaeco interfectos.* Apollo gloriatur beneficiis, quae contulit in urbem incolasque Ambraciae, atque ut ipſi tribueretur pretium, rationi fuit conveniens, non alia praedicare beneficia niſi vera. Quae cum ita ſint, verſio latina ſenſum non reddit. Ambraciorum contra Phalaecum ab oraculo Apollinis ſuscitata ſeditio fortunato urbi eventu non fuiſſet, ſi tyrannus hac data occaſione multos cives interfici iuſſiſſet. Phalaeci potius mors incolis ſalutem attulit, eamque eſſe peractam Apollinis intereſſe potuit. Inde legi poſſet, καὶ παρὰ τοῦτο τοὺς πολλοὺς ἀπολέσαι τὸν Φάλαικον, ut adeo diceretur, in ſeditione Phalaecum a populo morti datum eſſe. Quae vero coniectura admitti non poteſt, niſi *Phalaecus,* de quo Diana loquitur, nomen eſt corruptum, cui ſubſtituendum eſt *Phaylus.* Vid. infra. Schneiderus (*Götting. philol. Bibl.* Vol. III. P. 5. p. 416.) alia coniectura textus difficultates propellit. Legit, καὶ παρὰ τοῦτο πολλοὺς ἀπολέσθαι τῶν περὶ τὸν Φάλαικον, et Apollo diceret, in ſeditione multos homines a partibus Phalaeci occiſos eſſe.

Αὐτὸς ἐν τῇ πόλει ποιῆσαι πλειστάκις ἐμφύλιον πόλεμον] Ποιῆσαι prorſus contrarium eſt ei, quod Apollo dicere vult. Iacobsio (Ephem. litter. halenſ. l. c.) legere placet κοιμίσαι; equidem Xylandri coniecturam praefero, παῦσαι, quod Teucherus in textum recepit.

Ὅτε Φάλαικος ἐτυράννευε] Aelianus (*de nat. anim.* XII. 40.) et Ovidius (*Ibis*, 504.) Ambraciorum tyranno, qui a leaena laceratus eſt, nomen *Phayli* tribuunt. „*Corrigendus itaque eſt*, ait Burmannus *ad Valeſii emend.* p. 132. *Antoninus Liberalis, apud quem in cap. IV. metamorph. continuo ſcribitur* Φάλαικος.“ Non apertum eſt, unde hoc ſequatur. Quae *Nicander* et *Athanadas*, quos transſcripſit auctor in hoc capite, forſan de quodam Phalaeco narraverant, alii auctores de Phaylo tyranno referunt. Ceterum Iacobsius (Ephem. litter. halenſ. l. c.) non ſine quadam veroſimilitudine notat, eſſe mirum, Apollinem et Artemida ſecundum Antonini narrationem ſua utrumque de Ambracia merita in eodem *Phalaeco* tyranno peregiſſe, cum tamen id, teſte hiſtoria, non in uno, ſed in duobus factum ſit. Idem addit: „nonne facilius creditur, librarium, cui nomen Φάλαικος e verſibus antecedentibus in mente adhuc haerebat, ſimile, Φαῦλος, falſo legiſſe?“

Πολεμήσαντας γὰρ αὐτῷ.... Θεσπρώτους (Θεσπρωτοὺς) καὶ σύμπαντας Ἠπειρώτας] Codex, αὐτο (*ſic*). Verbum πολεμεῖν cum iungatur accuſativo aeque ac caſui tertio, ſimili modo legere poſſumus αὐτόν. Vid. Hemsterhusius *in Xenophontem Epheſium*

ſum p. 197. *ed. Loc.* et SCHWEIGHAEUSERUS *ad Appianum,* Vol. III. p. 128. Prior laudat inter alios auctores ARISTAENETUM, l. I. ep. 23. κατὰ τῶν ἐμῶν ἐμὲ πολεμοῦντες, μεταπεττεύουσί μοι τῆς Φιλίας κύβον. Vox κατὰ ei displicet; ſubſtitui vult μετά. Vid. ABRESCHIUS p. 57. Codex Viennenſis, κα̣̊τα.

Ὅτε τὰς Γηρυόνου βοῦς συνελθόντες ἀφελέσθαι] VERHEYKII notae addi poteſt, BERNARDO *ad Syneſ. de febr.* p. 267. legendum videri συνέλθον (*ionice* pro συνῆλθον) θέλοντες ἀφελέσθαι. In tanta coniecturarum, quantam in hunc locum congeſſerunt critici, copia equidem correctione non opus eſſe nunc mihi perſuaſi. MUNCKERUS verum vidit dicens: „*Poſſis etiam dicere,* ὅτε ἀφελέσθαι *dictum eſſe pro* ὅτε ἀφείλοντο, *quemadmodum* ὅτε ἀλᾶσθαι αὐτὸν, *cum ipſe erraret, in Pericle dixit Plutarchus.*" TEUCHERUS (editionis ab ipſo curatae praeſ. p. IV. ſ.) hanc opinionem repetit. „Defendi poſſe putamus, inquit, lectionem vulgatam, ſi dicamus, ὅτε ſtructum eſſe cum infinitivo, ut ſit pro ὅτε ἀφείλοντο, et συνελθόντες in obliqua oratione dictum eſſe loco συνελθόντας, ſicut in eodem capite αὐτὸς χαρίζεσθαι pro αὐτὸν χαρίζεσθαι, αὐτὸς παῦσαι, αὐτὴ προφῆναι etc." Vid. de conſtructione vocis ὅτε cum infinitivo in oratione obliqua ABRESCHIUS *dilucid. Thucyd.* p. 272. TEUCHERUS iure defendit συνελθόντες pro συνελθόντας. Oratio obliqua ſaepe a caſu quarto in nominativum labitur et vice verſa. PARTHENIUS cap. XXXI. λέγεται Διμοίτην ἁρμόσασθαι μὲν Εὐῶπιν, αἰσθανόμενος δὲ συνοῦσαν αὐτὴν τἀδελφῷ, δηλῶσαι κ. τ. λ. LEGRAND praefert

Διμοίτης, Heyne αἰσθανόμενον: haec et illa coniectura nullius eſt utilitatis.

Cap. IV. Ἀνθέος τοῦ Νομίονος] Ignotus quidam ad marginem exemplaris Antonini, quod poſſidet bibliotheca imperialis: „Leg. Ἀνθέως." Cum auctor ubique ſcribat Θησέως, Οἰνέως, Εὐρυσθέως, βασιλέως, nec βασιλέος etc. haec coniectura non ſine ſpecie veri eſt.

Κἀκείνῳ δόλον ἐβούλευε, δοὺς κ. τ. λ.] Verheykius proponit lectionem, ἐβούλευε, καὶ δοὺς πλεῖστα δῶρα, ἀνέπεισε, minime vero neceſſariam. Diſtinguendum poſt: χαλεπῶς εἶχε (τῷ Αἰγυπτίῳ δ' ἦν ἡλικιώτης), κἀκείνῳ δόλον ἐβούλευε· δοὺς πλεῖστα δῶρα, καὶ ἀναπείσας .... εὐνάζεται σὺν αὐτῇ. De phraſi βουλεύειν δόλον vid. Wyttenbachius *ad Iulian.* p. 185.

Cap. V. Ἣν εἰώθει παρὰ Τιμάνδρην ὁ Αἰγ.] Poſt haec verba codex duobus foliis hodie caret. Textus denuo incipit a verbis Ἰταλίᾳ Σύβαριν ἔκτισαν capitis VIII. Haec lacuna temporibus Xylandri non aderat; poſtea demum exorta eſt, atque veroſimiliter non animadverſa ab eo, qui paginas numeris notavit, nam hac continua ſerie ſe excipiunt. Indignabundi videmus, codicem tanti pretii, temporum rapinis elapſum, in bibliotheca publica tam turpiter eſſe habitum.

Τὴν μὲν αὐτοῦ (αὑτοῦ) μητέρα καθ' ἥντινα πρόφασιν ἐκ τῆς οἰκίας μετέστησεν] Ἥντινα poſitum eſt pro ἡντιναοῦν, nec pro τινά. Hermannus *ad Viger.* p. 709: „Ὅστις numquam eſt *aliquis*, ſed *quisquis*,

quilibet, quicumque. Antonin. Liberal. V. et XLI. καθ' ἥντινα πρόφασιν, *quodam praetextu, quisquis ille fuerit.*" LUCIANUS, *Dialog. deor.* Vol. I. p. 206. ἐμοῦ δὲ ὅλως οὐδεμίαν ἥντινα ἐρασθῆναι πεποίηκας, i. e. *femina quaedam, quaelibet fuerit.* Vid. GAILII *epistola ad Bastium* p. 7. sq. Codex Vaticani, N°. 87. οὐδεμίαν τινά, quae lectio non magis laudanda quam coniectura ABRESCHII (*Dilucid. Thucydid.* p. 520.) οὐδεμία (sub. ἐστὶ) ἥντινα. LIBANIUS IV. p. 801. τὰς δὲ (τῶν ἀστυγειτόνων πόλεων) οὐ μετρίως ἐφόβει τὸ μηδὲν ὅ, τι καὶ νοσοῦν τῶν ἐν τῇ πόλει ξυνορᾶν. Ibid. IV. p. 17. τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἅπασιν, ὅσοι παρ' οὕστινας ἦλθον πρεσβεύοντες, τὸ μὴ τυχεῖν ὑπὲρ ὧν ἀφίκοντο, τῶν ἐσχάτων ἀτυχημάτων εἶναι δοκεῖ. Codex N°. 3017. pro παρ' οὕστινας exhibet παρ' οὑστινασοῦν.

Ηὔξατο σὺν ἑαυτῷ πάντα ἀφανισθῆναι] IACOBSIUS (Ephem. litter. halens. l. c.) notat: „*Verheykius* haec verba satis inepte interpretatur per votum secum universum resolutum videndi, atque tragicum ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρὶ et similia comparat. Aegypio infelici satis fuit, criminis memoriam omniaque cum eo coniuncta exstingui."

Ἐπὶ ταυτόν] MUNCKERUS tanquam proprii et singularis quid notat scripturam, quae uno verbo iungit ἐπιτοαυτὸ, τοκαταρχὰς, τηνταχίστην. Animadverto, in codicibus, tam antiquis, quam recentioribus haec verba saepe hoc modo scripta esse: τὴν ταχίστην, τὸ μηδὲν, τὸ προτοῦδε, vel sic, ὥσταπολλὰ, ἐστοπαράπαν, προσεπιτούτοις. Videantur

quae dicta sunt supra de signo ὕφεν, p. 22. quod, quae est scribendi ratio quorumdam librariorum, persimile est signo ῡ, ut ambo facile confundi potuerint. In Choricio (*Anecd. gr. Villois.* tom. II. p. 61.) legimus, καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις οὐ πάντως προσδοκίας ἐκτὸς ἐγεγόνει τὰ δρώμενα. Vox πάντως correctio Villoisonii est. Apographum, quod habuit *Lefebure de Villebrune*, ferebat πάντι (sic), quod vero falsum. Lefebure accentu neglecto recepit pro littera ὕφεν ypsilon, quod sane locum obtinet iusto inferiorem. Librarius scripsit πάνυ τι.

Cap. VI. Ἐπείπερ ἴσος αὐτὸν ἐτίμα, τοῦτο μὲν Ἀπόλλωνι δίδωσι] Munckerus: „*Hoc ego, qui meus est stupor, non intelligo.*" Coniecerunt viri docti ἐπείπερ ἴσως, ἐπείπερ ὁσίως et ἐπεὶ Περίφας. Equidem lego ἐπεὶ περισσῶς (43) αὐτὸν ἐτίμα, quia auctor paullo ante dicit, Periphan saepissime Apollini sacrificia instituisse (ἱερὰ πλεῖστα ἐποίησεν Ἀπόλλωνι). Hic est verborum illorum sensus. Cap. XV. p. 104. εἰ μὲν Ἀθηνᾷ τις ἱερὰ ποιῶν ἐκάλεσεν τὰς κόρας. Xylander minus accurate transtulit, *templa plurima condidit.* Vid. quae infra dicam ad cap. XL. Legimus cap. XXXVIII. τοῦτον ἐφίλησε περισσῶς Αἰακός. Vid. quoque Iacobsius, *specim. emendatt. in scriptt. vett.* p. 108.

---

(43) Similis error offendit in Cornuto *de nat. deor.* c. 14. ἐννέα δ' εἰσὶν (αἱ Μοῦσαι), διὰ τὸ τετραγώνους, ὥς φησί τις, καὶ περὶ τοὺς προσήκοντας αὐταῖς ἀποτελεῖν. Sic quoque legitur in Eudocia, p. 293. Secundum codices legendum est, καὶ περιττοὺς τοὺς πρ. α. ἀ. Vid. Iac. Tollii *fortuita sacra* p. 56.

Εἰς τὰ οἰκία] Hoc caput cum in codice perditum ſit, neſcio an ferat *οἰκία* vel *οἰκεῖα*. In ſequentibus plura loca invenies, quibus *οἰκία* in *οἰκεῖα* commutavi. Attamen ſalva manebunt auctori quibusdam in locis *τὰ οἰκία*, quae non conſultis codicibus e textu non ſunt releganda, quia utraque forma bona eſt, probante Munckero. Cuius nota potior adhuc eſſet, quam re vera eſt, ſi de more Ionum nomina maſculini femininive generis in neutra commutandi aliquid addidiſſet. Quod tractant auctores, quos laudat pro ſua ſententia, ad vocem *οἰκία* plane non pertinet. Quae dicuntur, Porsonus (ad Eurip. Med. v. 494.) ita exprimit: „*Multa ſunt nomina; quae cum in ſingulari maſculina tantum aut feminina ſint, in plurali neutra ſiunt, ut* δίφρος, δίφρα, κύκλος, κύκλα, κέλευθος, κέλευθα, δεσμὸς, δεσμὰ, σῖτος, σῖτα.“ Vid. Phavorinus ad vocem δεσμός. Articulus e lexico Philemonis transſcriptus eſt. Moschopulus ἐκλογ. ἀττ. ὀνομάτων, ſub finem litterae $\bar{\mu}$: Εἰσὶ πολλὰ ὀνόματα, ἃ ἐν τοῖς ἐνεργητικοῖς μὲν ἀρσενικῶς προφέρονται, ἐν δὲ τοῖς παθητικοῖς καὶ οὐδετέρως. Οἷον, ὁ μοχλὸς τὰ μοχλὰ, ὁ κύκλος τὰ κύκλα, ὁ νῶτος τὰ νῶτα, ὁ χαλινὸς τὰ χαλινὰ, ὁ δεσμὸς τὰ δεσμὰ, ὁ ζυγὸς τὰ ζυγὰ, ὁ σταθμὸς τὰ σταθμά. ἐστὶ δὲ σταθμὸς ἡ θύρα, καὶ αἱ παραστάτιδες, καὶ κοινῶς ὁ σταῦλος. Quisque facile videbit, pro ἐνεργητικοῖς ſcribendum eſſe ἑνικοῖς, et πληθυντικοῖς pro παθητικοῖς. Haec verba non aegre confunduntur (vid. Koenius *ad Gregor.* p. 191. 292. et 352.), quoniam interdum contracta ſcriptura, quae prima modo ſigna refert, notantur. Moscho-

pulus Ms. (N°. 2650. biblioth. parif.) alium offert locum, ubi librarius ἐνικῶς [44] pro ἐνεργητικῶς fcripfit. Κατέβαλλε τὸ ἀργύριον ἐνικῶς (lege ἐνεργητικῶς), καὶ κατεβάλλετο παθητικῶς. Hic locus abeft ab editione parifina, a. 1532. Ceterum noto, Ducangium (gloff. p. 1450.) primo loco citare, αἱ παράστιδες, quod ducere poffet in lectionem αἱ παραστάδες. Quamvis παραστάτιδες quoque dicitur, non tamen eft forma attica. Thomas Mag. Παραστάδες Ἀττικοὶ, οὐ παραστάτιδες.

Πιέσας ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν, ἐποίησεν ὄρνιθα αἰετόν] Minime credo, haec legenda effe hoc modo: π. ἀμφοτέρους τ. χ., ἐπ. ἄνδρα αἰετόν. Ἀμφοτέρους non apte legeretur, quia ftatim poftea narratur, Iovem, Peripha mutato, huius feminam ipfius folis precibus motum permutaffe. Manibus non tetigit, cum, hoc fi factum effet, eodem tempore, quo maritus, transfigurata fuiffet. Nam certe, auctor fi dicit, deum manus homini impreffiffe, exfpectes, mox eventuram effe metamorphofin. Vid. cap. IV. p. 28. Ὄρνιθα Xylander non vertit, fed minime dubito, quin haec vox fit ab auctore fcripta. Cap. V. ἐλάττων ὄρνις αἰγυπιὸς ἐγένετο Νεόφρων. Cap. XV. ἡ δὲ αὐτὴν ἐποίησεν ὀρνίθιον γλαῦ-

---

(44) Legimus in lexico quodam eorum, quae in lucem protulit Hermannus p. 361: Παρέρχομαι, καὶ παρῆλθον, καὶ παρήνεγκα, καὶ παρέδραμον, καὶ παρήλασα, καὶ παρήλλαξα, ταῦτα ἐπὶ τῆς τοῦ ἐνικοῦ (*ita Codex*, ait Hermannus) σημασίας αἰτιατικῇ συντασσόμενα. Hoc loco vox ἐνικοῦ alio modo corrupta eft. Corrigo ἐνίκησα. Phavorinus, ad vocem παρῆλθον proponit ταυτά· λαμβάνονται δὲ ἐπὶ τῆς σημασίας τοῦ νενίκηκα.

κα. Pausanias l. V. cap. 22. *Ζεύς ἐστι πρὸς ἀνίσχοντα τετραμμένος τὸν ἥλιον, ἀετὸν ἔχων ὄρνιθα.*

Cap. VII. Ἐπεὶ αὐτὸν ἠρώτησεν ὁ χῶρος] Xylander: „*Ego αὐτὸν legi, ut λειμῶνα (λειμῶνι) pro χειμῶνα (χειμῶνι) repoſui* (45).“ Non video, quare editores hanc adnotationem ſuppreſſerint, ſicuti ſequentem de verbis κἀκεῖνοι μὲν οὔπω τεθνεῶτα τὸν Ἄνθον ἔκλαιον: „Οὕτω *legi, cum reperirem* οὔπω.“ Xylandri notae nullam editionem onerare poſſunt. Plures quam ſeptem non dedit, quae, ad maximam partem, non ſunt modo adductis longiores. *Adnotando omnia perſequi,* inquit, *neque volui, neque erat otium.* Verheykius inhoneſte iocatur, dum addit ad haec verba in praefatione, *ſed vere, non famae ſcribebat, ſed ſami.* Auctorem, qui nonniſi victum quaeſiturus ſcribit, opus ſuum magis atque magis extenſurum eſſe credo. Quae Xylander hic ſcripſit, bona ſunt, nec eius famae nocere poſſunt, quamvis non multas notas adieccerit. Summum, quo ornatur, meritum eſt verſio latina, quae, niſi ſingula urgeas, ſatis bona et mendis ſatis pura habenda eſt. Multi linguae graecae periti hodie valde laborarent, ſi auctoris graeci forte oblati, de

---

(45) In codicibus ſeculi decimi tertii, decimi quarti et decimi quinti litterulae χ̄ et λ̄ tanta ſimilitudine ſunt, ut non opus ſit magna animi distractione ad eas confundendas. Eudocia p. 89. καὶ παραπορευομένου χωλοῦ (τοῦ Βελλεροφόντου) ἀπὸ τῆς πτώσεως, ὁ Πήγασος ἄνω περιεπωχεῖτο καὶ κάτω. Verbum compoſitum περιεποχεῖσθαι in lingua graeca eſſe dubito. Codex περιεπολεῖτο. Littera λ̄ ſimillima eſt litterae χ̄. Villoisonius verbo ἐποχουμένη, quod paullo poſt occurrit, deceptus ο̄ mutavit in ω̄. Tzetzes quoque ad Lycophr. v. 17. veram dat lectionem περιεπολεῖτο.

quo ante eos nemo egiſſet, ſimilem verſionem dare deberent. —

Αὐτόνοον μὲν εἰς τὸν ὄκνὸν (ὄκνον), ὅτι αὐτοῦ ὁ πατὴρ ὤκνησεν] Vel excludenda ſunt εἰς τὸν, ut ſubintelligatur ἐποίησαν, vel legendum Αὐτόνοον μὲν εἰργάσαντο ὄκνον, ὅτι Ἄνθου ὁ πατὴρ ὤκνησεν. Aelianus *de nat. anim.* XV. 25. ὁ Ἀπόλλων τὴν μὲν κόρην ἁρπάζει, τὴν δὲ ναῦν λίθον ἐργάζεται.

Ἀκανθυλλίδα] In capitum, quem in fronte adnotationum mearum dedi, conſpectu legitur Ἀκανθυλὶς, quod item apud Aelianum, N. A. IV. 5. Paullulum ſupra invenitur Ἀκανθίς. Munckerus immerito ſuſpicatur unam harum vocum eſſe corruptam. Accidit in auctoribus et veteribus et recentioribus, hominem ſemel nominatum poſtea verbo, quod veri nominis nonniſi deminutivum eſt, notari. Vid. epiſtolae noſtrae nota 29. et, ſi opera dignum eſt, Alciphron II. 3. Ariſtaenetus II. 14.

Cap. VIII. Πληγεὶς ἔρωτι] *Amore percuſſus,* phraſis in oratione ſoluta aeque ac in poetica habilis. Vid. Valckenaerius *ad Eurip. Hippol.* p. 304.

Δεινὸν ἐποιήσατο μὴ οὐκ ἀμῦναι] Xylander, *indignum facinus ſe facturum putavit, ſi* etc. Verbis idem ineſt ſenſus, ac ſi ſcripſiſſet auctor δεινὸν ἡγήσατο τὸ μὴ οὐκ ἀμῦναι. Ita Parthenius cap. XVIII. p. 49. Uſurpatur quoque ἕρμαιον ποιεῖσθαί τι pro ἡγεῖσθαι. Vid. Corayus *ad Heliod.* p. 244.

Cap. IX. Ἐβασίλευσε Πίερος] Lege, ut codex, ἐβασίλευε.

Αἱ θυγατέρες .... τοῦ Πίερος] *Πίερος* eſt error typographicus editionis Verheykianae, quem TEUCHERUS accurate reddidit. GALIUS dat *Πιερίου*, MUNCKERUS *Πιέρου*. Codex et Xylander, *τοῦ Πίερος*, quod minime relinquendum. Dici poteſt *ὁ Πίηρ* et *ὁ Πίερος*. *Sunt in nominibus propriis*, ait HEMSTERHUSIUS *ad Plut.* p. 206. ſ. *quaedam formae ſcribendi valde adfines, ſic ut nunc hoc, nunc illo modo efferantur.* CONSTANTINUS PORPHYROGEN. *de adminiſtr. Imp.* c. 25. (p. 77. ed. *Banduri*) *Ἰβηρίαι δύο .... τὸ ἔθνος Ἴβηρες, ὡς Πίερες, Βύζηρες.* Poſtea fragmentum laudat memorabile APOLLONII DYSCOLI *ἐν παρωνύμοις.* (46) Vid. quoque STEPHAN. BYZANT. v. *Ἰβηρίαι δύο*, p. 409. *ed. Berkel.* „*Ἀπὸ τῆς γενικῆς Ἴβηρος εὐθεῖαν (παράγει) Ἀπολλώνιος, ὡς τοῦ* (47) *Φύλακος ὁ Φύλακος. ἐν τοῖς παρωνύμοις Φησίν· ἀπὸ γενικῶν εὐθεῖαι παράγονται, τὸ μὲν Ἴβηρ* (48) *δύο συλ-*

---

(46) Hoc opus periit cum operibus *Tryphonis*, *Abronis* et *Herodiani* eiusdem tituli. Legitur in lexico *περὶ πνευμάτων* p. 208. *τὸ μέντοι Ἁδριὰς παρ' Ὁμήρῳ δασύνεσθαί Φησιν Ἡρωδιανὸς, ἐν δὲ τῷ Καθόλου ψιλοῦσθαι.* VALCKENAERIUS verbis *παρ' Ὁμήρῳ* addidit aſteriſcum. Equidem certus ſum, qui iis *παρωνύμοις* vel *ἐν παρωνύμοις* ſubſtituam.

(47) Conſtantini codex No. 2009. habet *εὐθεῖα* et *ὡς τῆς*, ſub. *γενικῆς*. Ego corrigo, *Ἀπὸ τῆς γενικῆς Ἴβηρος, Ἴβηρος εὐθεῖα, ὡς τοῦ Φύλακος ὁ Φύλακος. Ἀπολλώνιος ἐν τοῖς κ. τ. λ.*

(48) *Ἴβηρ Berkelius* correxit. Codices inepte *ὕδωρ*. Opinor, commixta eſſe compendia ſcribendi $\overset{\Delta}{\upsilon}$ et $\overset{\pi}{\upsilon}$. Lego *τὸ μὲν ὑπὲρ δύο συλλαβάς*. Auctoris ſententia eſt, nomen derivatum pluribus quam duabus ſyllabis conſtans (*ὁ Φύλακος*) eodem accentu gaudere ac nomen primarium (*ὁ Φύλαξ, Φύλακος*). Grammatici de hac re non conveniunt. HERODIANUS e. c. ſcribi maluit *ὁ Φυλακὸς*, teſte SCHOLIASTA *Apollonii Rhodii* I. 132. ſecundum codicem pariſium: *τὸ Φύλακος ἀντὶ τοῦ Φύλαξ ἰωνικῶς. τὰς γὰρ γενικὰς οὗτοι εὐθείας ποιοῦσιν, τοῦ μάρτυρος ὁ μάρτυρος, τοῦ Φύλακος ὁ Φύλακος. τὴν πρώτην δὲ ὀξυτονητέον, ἀλλ' οὐ τὴν τελευταίαν, εἰ καὶ Ἡρωδιανὸν οὕτω Φασὶ γράφειν.*

λαβὰς ὁμοίως τῇ εὐθείᾳ κατὰ τὸν τόνον παροξυνόμενον, καὶ ἢ ἐν ἁπλῷ σχήματι ἢ ἐν συνθέτῳ. ἁπλὸν(49) μὲν οὖν μάρτυρ μάρτυρος, ὁ μάρτυρος· Χάροψ Χάροπος, ὁ Χάροπος· Χαρόποιό τ'(50) ἄνακτος· Τροίζην Τροίζηνος, ὁ Τροίζηνος· υἱὸς Τροιζήνοιο(51)· Ἴβηρ Ἴβηρος, ὁ Ἴβηρος."

Ἔπαυεν] Lege, quod codex offert, ἔπαυσεν.

Ἐπεὶ δὲ νεῖκος ἤραντο θνηταὶ θεαῖς] Νεῖκος feu πόλεμον ἄρασθαι fignificat *certamen, bellum fuscipere.* Phrynichus, Προπαρασκ. Σοφιστ. Ms. Αἴρεται πόλεμον ἢ ἔχθραν ἢ στάσιν, ἀντὶ τοῦ ἀναδέχεται. Nomen eius, cui bellum infertur, vel in cafu tertio, ficuti hoc loco, vel cum praepofitione πρὸς ponitur. Priscianus, XVIII. p. 1185: *Attici*, ἠράμην πόλεμον πρὸς τοῦτον καὶ τούτῳ. Πλάτων Περιαλγεῖ·

Ὃς πρῶτα μὲν Κλέωνι πόλεμον ἠράμην.

Ita hic locus legendus eft fecundum egregiam Porsoni correctionem (*ad Medeam*, p. 22.). Id, de quo disputatur, cum praepofitione ὑπὲρ coniungi poteft. Philostratus *vita Apollonii*, l. I. p. 47. τὸ μὴ δεῖν ὑπὲρ κομῶν ... διαφέρεσθαι πρὸς Ῥωμαίους, καὶ πόλεμον οὐδ' ὑπὲρ μεγάλων αἴρεσθαι.

Κολυμβάς] Utraque capitum tabula fert κολυμβὶς, quod legitur in Ariftotele.

---

(49) Codex 2009. ἀπλον (*fine accentu*). Corrige ἁπλοῦν.

(50) Idem codex Χαροποιότης ἄνακτος (*fic*). Apoftrophum librarius compendium fcribendi fyllabae ης putavit. Conf. quae dicta funt fupra p. 77. Verba Χαρόποιό τ' ἄνακτος leguntur in *Iliad.* B, 672.

(51) *Iliad.* B, 847.

Cap. X. Ἀπέβησαν] Ita codex, nec *ἀπέβυσαν*, quod in prima editione offendit.

Χαλεπήνας ὁ Διόνυσος, ἀντὶ κόρης ἐγένετο ταῦρος, καὶ λέων, καὶ πάρδαλις, καὶ ἐκ τῶν κελεόντων ἐῤῥύη νέκταρ αὐτῷ καὶ γάλα] Οἱ κελέοντες sunt pedes machinae textoriae, et interdum haec ipsa. Hesychius: Κελέοντας, τοὺς ἱστόποδας καὶ τὰ ὁπωσοῦν μακρὰ ξύλα, δοκοὺς, ἱστοὺς κ. τ. λ. Sic haec verba Alberti recepit. Editiones priores κελέοντας εἰς τοὺς vel εἰς ἱστόποδας. Commentatores nesciunt quid faciant de voce εἰς. Dicunt, εἰς *abundat*. Auctor, quae mea est opinio, scripsit, κελέοντας, ἱστοὺς, ἱστόποδας κ. τ. λ. Verbum ἱστοὺς post δοκοὺς, sed alio sensu redit. — Xylander confitetur, se verbo κελεόντων nihil sensus subiungere posse. Librarius quoque adiecit ad hunc locum lineolam suam, quae corruptionem indicat. Vox αὐτῷ difficultatem quandam suscitat. Iacobsius (Ephem. litter. halens. l. c.) sequenti modo eam explicat: „Αὐτῷ, *ei*, Baccho gratificari, i. e. h. l. secundum eius iussum ac voluntatem, vel melius adhuc *in eius honorem*. Poeta, a quo hoc petitum est, forsan ita:

Αὐτίκα δ' οἱ νέκταρ τε ῥέεν γάλα τ' ἐκ κελεόντων."

Καὶ αὐτῶν μὲν ἡ μὲν ἐγένετο νυκτερίς] Neminem offendit duplex μέν. Lege secundum codicem καὶ αὐτῶν ἡ μὲν ἐγ. ν. Exhibet idem in Antigono Carystio, cap. 159. καθ' ὃ εἶναι μὲν τὰς μὲν τριακάδας νηνεμίαν· τὰς δ' ἄλλας κ. τ. λ. Meursius merito prius μὲν excludit. Aristides tom. II. p. 452. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, εἰ μὲν πρότερον μὲν, τῶν Ἀχαιῶν τούτων ἡγούμενος, δώδεκα μὲν πόλεις κατὰ

θάλατταν, ἕνδεκα δ' εἷλες κατ' ἤπειρον, ... καὶ τοσούτων εὐποριῶν ἀπέδειξας κυρίους· νῦν δ' οὐδ' εἰς αὐτὴν τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς ἐπαρκέσαι τολμήσεις. Prius *μὲν*, prorſus inutile, reſecandum eſt. Libanius Vol. IV. p. 789. *ἐγὼ δὲ φημί· εἰ μὲν οἱ μὲν τῶν ἄλλων παρθένων μιμήσονταί με γονεῖς, πολλοὺς εὐεργέτας ἡ πόλις ἕξει δι' ἐμὲ, τέκνων αὐτὴν ποιουμένους τιμωτέραν (τιμιωτέραν)· εἰ δὲ μηδεὶς οὕτω φανείη φιλόπολις, ὅρα κ. τ. λ.* Equidem alterum *μὲν* reiicio.

Τὴν αὐγὴν τοῦ ἡλίου] Haec codex. Prima editio *αὐτὴν*, quod Galius perperam mutavit in *αὐλήν*.

Cap. XI. *Πανδάρεως*] In capitum conſpectu legimus *Πανδάρεος*, et ſic librarius primum per integrum caput ſcripſerat; poſtea quibusdam locis correxit, ut fieret forma *Πανδάρεως*.

Ἐγένετο δὲ Πανδάρεῳ] Reſtituenda ſunt duce codice *ἐγένετο δὲ τῷ Πανδάρεῳ*.

Ἐπεὶ δὲ λόγον ἀχρεῖον ἀπέρριψαν] *Ἐπεὶ* pro *ἔπειτα* ſumendum eſt. Vid. Viger. *idiot.* p. 401. Cap. XXVIII. p. 186. *ἐπεὶ δὲ Τυφῶνα Ζεὺς βάλλει κεραυνῷ· καιόμενος δὲ ὁ Τυφὼν κ. τ. λ.* Munckerus falſo ait: „Illud *δὲ* videtur hic poſitum pro *οὖν*, vel „certe abundat.“ Cap. XXXI. p. 204. Verte: *Tum Iupiter Typhonem fulmine perculit, Typhon autem etc.* De phraſi *λόγον ἀπορρίπτειν* conferri poteſt Suidas ad vocem *ἀπέρριψεν*, ubi plura exempla laudantur. Quae vero phraſis non ſemper ſatis perſpecta eſt. In Aristaeneto I. 10. *τὸν ἐρωτικὸν λόγον ἀπέρριψεν αἰδουμένη*, Herelius legere voluit *λόχον*, prava coniectura, quam Villoisonius

ad Long. p. 184. non adferre debuiſſet niſi reſutatam.

Καὶ Ἥρα μεμψαμένη] Wakefieldus, ſilv. crit. P. IV. p. 24. transfert, *tum Iuno.*

Συντίθενται εἰς ἀλλήλους, ὅπως ἂν τάχιον ἀνυσθῇ τὸ ἔργον, τούτῳ θεράπαινα παρὰ τοῦ ἑτέρου γένηται] Munckerus bene vidit, legendum eſſe ὅτῳ ἂν τάχιον κ. τ. λ. Unde vero dependet γένηται? Vel non omittenda eſt vox ὅπως, vel inſerenda ὡς ante ὅτῳ. Xylander idem ſenſiſſe videtur. Vertit: *Sponſionem coëunt, ut uter ipſorum celerius ſuum opus abſolviſſet, ei alter famulam daret.*

Ὁ Πολύτεχνος ἀχθόμενος τῇ νίκῃ τῆς Ἀηδόνος, προσεποιήσατο πεμφθῆναι, ὅπως αὐτῇ Χελιδόνα τὴν ἀδελφὴν ἀναπαγάγῃ] Xylander: *Cui invidens victoriam Polytechnus, ad ſocerum proficiſcitur, ſimulans ſe ab uxore miſſum ad adducendam ſecum ſororem Chelidonidem.* Verba *ad ſocerum proficiſcitur* et *ab uxore* in graecis fruſtra quaeruntur; attamen iis opus eſt ad nexum narrationis. Fuit cauſa ὁμοιοτέλευτον, quo Xylander deceptus integrum verſum tranſiit. Secundum codicem legendum eſt: ὁ Πολύτεχνος ἀχθόμενος τῇ νίκῃ τῆς Ἀηδόνος, ἀφίκετο πρὸς τὸν Πανδάρεων, καὶ ὑπὸ τῆς Ἀηδόνος προσεποιήσατο πεμφθῆναι κ. τ. λ. Tale vitium nonniſi bis in auctoribus, qui cura Xylandri ſecundum noſtrum codicem in lucem prodierunt, offendit. Alterum exemplum invenimus in Phlegonte, περὶ μακροβίων, cap. I. ab initiis, ubi codice praeeunte ita reſtituenda ſunt verba: Λούκιος Λικίννιος Πάλος, Λουκίου ἀπελεύθερος, πόλεως

Πλακεντίας, Κορνήλιος, Λευκίου υἱὸς, πόλεως Πλακεντίας, Λούκιος Ἀκίλλιος Μάρκελλος κ. τ. λ. Verbis Κορνήλιος, Λευκίου υἱὸς, πόλ. Πλ. carent editiones.

Ἀναπαγάγῃ] Codex: ἀν (*ſic*) ἀπαγάγῃ, i. e. ἀπαγάγῃ. Linguae graecae non ſunt verba cum praepoſitionibus ἀνὰ et ἀπὸ compoſita. Schneiderus (Lex. graeco-germanicum tom. I. p. 101.) non ſine ratione in dubium vocat verbum ἀναπαγγέλλω, quod veroſimiliter originem mendae ſimili debet, vel cum ἀνταπαγγέλλω commutandum eſt. Verbum ἀναποφαίνω, quod de Locella alio loco mecum, tamquam compoſitum, quo lexica augenda eſſent, communicavit, non minus ſuppoſitum eſt, nec vere in lingua adeſt. Invenitur in Eusebio, hiſt. eccleſ. p. 253. et in Aeliano (N. A. XIII. 6. p. 414.), in quo legitur ἀναπέφηναν vel ἐναπέφηναν. Sed codex Vaticani, N°. 997. exhibet ἀπέφηναν, quod reſtituendum. Reitzius verbum ἀναποφαίνω in lexicon Luciani inſeruit, laudans *Timonem* p. 99. et *Dialog. deorum* p. 209. ubi eſt ἀναπέφηνε et ἀναπέφηνας. Non attinet dicere, nec prius nec poſterius eſſe derivandum ab ἀναποφαίνω. In loco Hesychii, Ἀναπαντοῦσιν, ἀνακύπτουσιν, non legendum eſt ἀναπαντῶσιν, ſed ἀναπατοῦσιν, *erigunt ſe*, quod Vossius propoſuit.

Εἰ ἐξερεῖ ποτε] In codice ultima vocis ἐξερεῖ ſyllaba ad dimidiam exſtincta eſt. Sed cernere licet, eam fuiſſe ει, non η, quae proxima littera hic locum habere omnino non poſſet. Utor hac occaſione ad obſervationem, quam Locella in commentario de Xenophonte Ephesio, p. 185. de coniunctione εἰ

dedit, fusius, quam alio tempore in ephemeridibus quibusdam germanicis([52]) feci, emendandam. Xenophontis textus fert: εἰ μὴ τύχῃ. Locella nescit, an haec lectio bona sit, an legi debeat εἰ μὴ τυχεῖ, ἢν μὴ τύχῃ, an ἐὰν μὴ τύχῃ. Deinde laudat THOMAM MAGISTRUM, qui dicat: Εἰ, μετὰ ὁριστικοῦ καὶ εὐκτικοῦ ἀεὶ ... οὐ μετὰ ὑποτακτικοῦ δὲ, πλὴν ἐπὶ τῶν ἀνθυποτάκτων· οἷον, εἰ λάβωμαι, εἰ τράπωμαι. „*Fateor*, LOCELLA addit, *non satis mihi liquere, quomodo exceptio haec sit intelligenda. Quid, amabo, est ἀνθυπότακτος? Non reperitur, credo, vox ista, nisi h. l. et apud Suidam in* Ἀγάγης *etc.*" SUIDAS l. c. habet αὐθυπότακτον nec ἀνθυπότακτον, sicuti legit DAN. SCOTTUS (*append. ad Henr. Steph. thes.*) atque ἀνθυποτάκτων (in THOMA MAGISTRO, ed. Lugd. p. 267.) error typographicus est pro αὐθυποτάκτων, quod legitur v. c. in editione parisiensi, 1532. Tum est ῥῆμα αὐθυπότακτον terminus grammaticus, per quem intelligitur subiunctivus aoristi in iis verbis, quae reliquis temporibus carent. Vid. HERMANNUS *de emend. rat. gr. gr.* p. 262. sq. EUSTATHIUS *ad Homer.* Il. Ξ. p. 983. l. 41. s. τὸ ἐνέγκω οὐκ ἔστιν ἐνεστὼς, ἀλλ' αὐθυπότακτον ῥῆμα, τὰ δὲ αὐθυπότακτα χρόνου ἀορίστου εἰσὶν ἢ πρώτου ἢ δευτέρου. Eundem locum PHILEMON quoque et PHAVORINUS ad vocem ἀπένεικα habent. Verba ἀορίστου ἢ πρώτου ἢ δευτέρου nimis vaga sunt. CONSTANTIN. LASCARIS (l. II. p. 184. *ed. Venetae*, 1792.) de αὐθυ-

---

(52) Ephemerides universales litterariae Ienenses (*Allgemeine Jenaische Litteraturzeitung*) 1797. Februar. No. 37. p. 296.

ποτάκτοις multo diſtinctius diſſerit. Ait: *Τῶν αὐθυποτάκτων, τὰ μὲν ἐνεργητικῶς, τὰ δὲ παθητικῶς προφέρονται .... εἰσὶ δὲ αὐθυπότακτα ἐνεργητικὰ, ὧν τὸ ῥῆμα βαρύνεται καὶ ἡ μετοχὴ ὀξύνεται, καὶ τὸ ἀπαρέμφατον περισπᾶται. Τούτων τὰ ἑνικὰ δεύτερα καὶ τρίτα πρόσωπα, καὶ τὰ πληθυντικὰ πρῶτα αὐθυπότακτα λέγονται· οἷον, Δάκω, δακὼν, δακεῖν, ἐὰν δάκῃς, δάκῃ, ἐὰν δάκωμεν. Δράμω, δραμὼν, δραμεῖν, ἐὰν δράμῃς, δράμῃ, ἐὰν δράμωμεν. Λάθω, λαθὼν, λαθεῖν, ἐὰν λάθῃς, λάθῃ, ἐὰν λάθωμεν. Πίω, πιὼν, πιεῖν, ἐὰν πίῃς, πίῃ, ἐὰν πίωμεν. Ἀνάσχω, ἀνασχὼν, ἀνασχεῖν, ἐὰν ἀνάσχῃς, ἀνάσχῃ, ἐὰν ἀνάσχωμεν. ὡσαύτως καὶ ἄλλα πλεῖστα. Τὰ δὲ παθητικῶς προφερόμενα, ταῦτα· Ἀνάσχωμαι, ἀντίσχωμαι, ἀπόσχωμαι, ἀφίκωμαι, γένωμαι, ἐπιλάθωμαι, πρόωμαι, καὶ τὰ ὅμοια.* Hic locus ad litteram deſcriptus eſt e tractatu *περὶ αὐθυποτάκτων καὶ ἀνυποτάκτων* (53), quem Codices pariſienſes N°. 2551. et 2929. continent.

In *ἐπιμερισμοῖς* manuſcriptis Pseudoherodiani obtulit ſeſe mihi locus, quem ſine dubitatione, etſi longiusculus ſit, huc tranſcribo:

„*Αὐθυπότακτα δέ εἰσιν, ἤγουν αὐτὰ καθ' αὑτὰ ὑποτάσσονται, χωρὶς ὑποτακτικοῦ μορίου, ὧν τὸ ῥῆμα βαρύνεται, λάβω, ἡ μετοχὴ ὀξύνεται ὁ λαβὼν, καὶ τὸ ἀπαρέμφατον περισπᾶται, λαβεῖν. Τούτων*

(53) Zenodotus Ephesius de eadem re ſcripſit. Eudocia p. 204. *Ζηνόδοτος γραμματικὸς καὶ ἐποποιὸς Ἐφέσιος, μαθητὴς Φιλητᾶ, ἐπὶ Πτολεμαίου γεγονὼς, ἔγραψε περὶ αὐθυποτάκτων καὶ ἀνυποτάκτων.* Locus e Suida deſcriptus eſt, ultima phraſi excepta.

γὰρ

γὰρ τὰ δεύτερα καὶ τρίτα πρόσωπα τῶν ἑνικῶν διὰ τοῦ η̄, καὶ τὰ πρῶτα τῶν πληθυντικῶν διὰ τοῦ ω̄ μεγάλου γράφονται· εὕρω, εὑρὼν, εὑρεῖν, εὕρῃς, εὕρῃ, εὕρωμεν καὶ τὰ ὅμοια.“

„Ἐπιγνώσῃ δὲ τὰ τοιαῦτα αὐθυπότακτα καὶ ἀπὸ τοῦ πρώτου προσώπου αὐτῶν. οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ποτε ἐνεστὼς, ἀλλὰ μέλλων· τὸ γὰρ εὕρω καὶ τὸ λάβω ἐπὶ τοῦ τί ποιήσω μέλλοντος κεῖνται, καὶ οὐ λέγεις, τί ποιῶ εὕρω, ἢ τί ποιῶ λάβω. ἕτεροι γὰρ τούτων οἱ ἐνεστῶτες. τὰ γοῦν τοιαῦτα πάντα αὐθυπότακτα γίνωσκε.“

„Ἔτι δὲ τὰ εἰς ἀμετάβολα λήγοντα, καὶ διχρόνῳ παραληγόμενα τῷ ῡ ἢ τῷ ῑ, οἷον ἀλγύνω, κλίνω, λαμβάνονται αὐθυπότακτα, ὅτε δηλονότι ὡς μέλλοντες νοοῦνται, οἷον κλίνω ἀντὶ τοῦ κλινῶ, ἀλγύνω ἀντὶ τοῦ ἀλγυνῶ. Ἐν τούτοις οὖν τὸ ἀλγύνῃς, ἀλγύνῃ, ἀλγύνωμεν καὶ τὰ ὅμοια, ὡς αὐθυπότακτα, διὰ τοῦ η̄ καὶ ω̄ μεγάλου γράφονται· ἐὰν δὲ ὡς ἐνεστῶτες λαμβάνωνται, τί ποιεῖς ἀλγύνεις, τί ποιεῖς κλίνεις, οὐκ αὐθυπότακτα.“

„Τὸ πίνω, πίνεις, οὐδέποτε αὐθυπότακτον, ὅτι οὐδὲ μέλλων ἐστὶ ποτέ.“

„Τὸ βάλλω, βάλλεις, τίλλω, τίλλεις, μετὰ τῶν δύο λλ, οὐχ ὑποτάσσονται καθ᾽ αὐτὰ, μετὰ δὲ ἑνὸς, αὐθυπότακτα· βάλῃς, τίλῃς κ. τ. λ.“

Ex his omnibus aperta fiunt, quae Thomas dicere vult. „Eἰ numquam constructum est cum subiunctivo, si excipis τὰ ῥήματα αὐθυπότακτα.“ Quae regula mihi rectissima videtur. Brunckius, mendosa esse clamitans in Aristophane aliisque auctoribus loca omnia, in quibus invenit particulam εἰ sequente subiunctivo, ea mutavit; saepissime

quidem merito forsan, sed nimis universe loquitur, dum dicit (ad Ranas, v. 594.): „*Numquam* εἰ *cum subiunctivo construitur.*“ Ex mea sententia quibusdam poetarum ionicorum locis exceptis, omnia, in quibus particulam εἰ sequitur subiunctivus praesentis, perfecti, et cuiusque verbi, quod non est αὐθυπότακτον, corrupta sunt, et subiunctivus, ut fert orationis series, vel optativo vel indicativo compensandus, aut εἰ in ἢν, ἂν vel ἐὰν transmutandum. Multum vero errant, qui constructionem vocis εἰ cum verbo, quod est αὐθυπότακτον, mendam censent. Locorum, quae laudat Hermannus (*ad Viger.* p. 791.) maior pars constat exemplis verborum αὐθυποτάκτων, et ego plura quam quinquaginta loca auctorum atticorum, et veterum et recentiorum, adducere possem, ubi εἰ eodem modo tali verbo iunctum est. Vid. Hermannus, *observ. crit. in quosdam locos Aeschyli et Euripidis*, p. 77. s. Secundum haec exempla, quae omnia corrupta nemo iudicabit, quibus quoque convenit grammaticorum regula, minime mutari debent loca, quae subiunctivum verbi αὐθυποτάκτου a particula εἰ dependentem habent. Si, veluti in Alciphrone, III. 21. εἰ δὲ μάθῃ, et III. 51. εἰ πρόφασις γένηται, accidit, ut variae lectiones substituant optativum, auctor forsan hunc, forsan subiunctivum posuit, ac editor eius codicis, qui ob alias causas potior ipsi videatur, lectionem recipiat.

Lexicographi ῥήματα αὐθυπότακτα nota facere conati sunt. Addam quaedam exempla in Suida animadversa, quibus manifestum fiet, vocem αὐθυ-

πότακτον nullo modo esse raram apud hunc auctorem. Vid. praeterea Ἀγάγῃς αὐθυπότακτον καὶ ἀγάγωμεν, Ἀντίσχωμαι αὐθυπότακτον, Ἀποθάνω αὐθυπότακτον, καὶ ἀποθάνωμεν ὁμοίως, Ἀποθώμεθα, Ἕλῃς, Ἐνέγκωμεν καὶ ἐνέγκῃς, Ἐπιμείνῃς, Κατάσχῃ, Κερδάνῃ, Λάβῃ (v. L. Bosius *animadv.* p. 165.), Πάθωμεν. Lexicon manuscriptum St. Germani, N°. 177. plura adhuc praebet, quae non adsunt in editionibus Suidae. Haec sunt: Ἀφέλῃς αὐθυπότακτον καὶ ἀφέλωνται, Δάκῃς αὐθυπότακτον, Διαμάρτῃ, ἐπὶ τρίτου προσώπου, αὐθυπότακτον, Διαμείνῃς, Διανείμῃς, Δράμῃς, Ἔλθωμεν, Ἐντείλῃς αὐθυπότακτον, καὶ ἐντείλωμαι ὁμοίως, Ἐπιλάθῃ καὶ ἐπιλάθωμεν, Ἐπινείμῃς, Εὕρῃς, Καθίκωμαι, Καταλίπωμεν, Κατανύγῃς. Idem lexicon: Ἁμάρτῃ .... ἁμαρτῇ δὲ ἐπίῤῥημα. Inducor credere vocem post ἁμάρτῃ deficientem esse αὐθυπότακτον. Noto adhuc, verbum hoc in codicibus adiecto modo abbreviari: αὐ with θπ´ above. Ceterum de ἁμαρτῇ vid. Hermannus Tollius *ad Apollon. Soph.*, p. 741. sqq.

Sed omnino lingua graeca pluribus terminis grammaticis gaudet, quos hodie non satis novimus, qui in lexicis quibusdam ipsis frustra quaeruntur. Ex his e. c. sunt, ἀπολελυμένος et ἀπολελυμένως, significatione *positivi*. Scholiastes *Apollonii Rhodii*, I. 269. Ἀδινώτερον, ἀντὶ τοῦ ἀδινόν. τὸ γὰρ συγκριτικὸν ἔλαβεν ἀντὶ τοῦ ἀπολελυμένου. II. 265. Κουρότεροι, τὸ συγκριτικὸν ἀντὶ τοῦ ἀπολελυμένου κεῖται, τοῦ κοῦροι. Phrynichus, Προπαρασκ. Σοφ. MS. Ἀφηλικέστεροι, οἱ πρεσβύτεροι, ὡς ἀπὸ (Montefalco-

nius et Stoeberus *ad Thom. Mag.* p. 152. dederunt ἀπὸ (54), quod vero malum.) τῆς ἡλικίας ὄντες. ἡλικίαν γὰρ ἔλεγον καὶ τὴν νεότητα οἱ ἀρχαῖοι· οἱ μέντοι νέοι καὶ ἐπὶ τῶν νεωτέρων τάττουσιν. πλὴν κατὰ σύγκρισιν ἡ λέξις πρεσφέρεται (l. προφέρεται), καὶ ἐν ὑπερθέσει ἀφηλικέστατος καὶ ἀφηλικέστατοι. οἱ δὲ ἀπολελυμένως (*abſolute*) λέγοντες ἀφῆλιξ, ἀφήλικες, ἀμαθέστατοι. Tzetzes *ad Heſiod.* Ἔργ., v. 253. τὸ ἀθάνατοι ἁπλοῦν καὶ ἀπολελυμένον. Philemon *lex. techn.* (v. Phavorinus *ad vocem* συγκριτικὰ) item adiectivum ἀπόλυτος adhibet. Ait: Ἐνίοτε δὲ τὸ ὑπερθετικὸν καὶ συγκριτικὸν ἀντὶ τοῦ ἀπολύτου τιθέασιν, ὡς κ. τ. λ. Timaeus, *lex. Platon.* Ῥᾶον· συγκριτικὸν πρὸς ἕτερον. ῥᾴδιον· ἀπόλυτον καθ' αὑτό. Vid. quoque Apollonius, *lex. Hom.*, ad vocem σαώτερος, ubi legitur, εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ ἀπολελυμένου Αἰολικοῦ, τοῦ σάος, (i. e. *poſitivo aeolico* σάος. Villoisonius falſo transtulit, *ex aeolica reſolutione* σάος.) τὸ σαώτερος, συγκριτικόν.

Ἀπεῖργεν ἐκ τοῦ Πολυτέχνου τὰς ἐσόβησεν μυῖας] Quomodo ἐσόβησεν in Xylandri textum venire potuerit, equidem non intelligo. Codex eius verbi ne veſtigium quidem habet.

Ἐπεὶ δὲ αὐτὸ κατεφωράσθησαν οἱ γονεῖς τε καὶ ὁ ἀδελφὸς, μισήσαντες ἐνεχείρησαν ἀποκτεῖναι] Κατεφωράσθησαν ſenſu activo inſtructum a Munckero

---

(54) Harpocration et Suidas: Ἀπὸ τοῦ πράγματος, ἀντὶ τοῦ ἄπωθεν. Δημοσθένης κατ' Ἀνδροτίωνος. Scribendum eſt ἄπο τοῦ πράγματος, quod in duobus Vaticani codicibus invenitur. De laudatione Demoſthenis ab Harpocratione facta vid. quae dicit Valckenaerius *ad Theocr. Adon.*, p. 239.

mendam ſuſpicante tantum toleratur. Omnino phraſis *αὐτὸ κατεφωράσθησαν* mala eſt, et ex graeco Xylandri, nec auctoris. Codex *αὐτη* (*ſic*) *κατεφράσθησαν*. Lege *αὐτὴν κατεφράσθησαν*, *quum illam animadvertiſſent*. Herodotus, l. IV. p. 316. ed. *Weſſeling*. Καὶ τῶν τις Σκυθέων καταφρασθεὶς αὐτὸν ποιεῦντα, ἐσήμηνε τῷ βασιλέϊ Σαυλίῳ, *haec eum agentem quidam Scytha animadvertens, indicium detulit*, etc. Vid. praeterea Valckenaerius *ad Herod.*, l. IX. p. 740. et *Obſerv. Miſcell.* Vol. II. p. 167.

Πρὸ τοῦ μεῖζον κακὸν ἐμπεσεῖν τῷ οἴκῳ] Heic textum verum reſtituit Xylander, codex enim falſo, *πρὸς τὸ μ. κ. τ. λ.*

Cap. XII. Ὤικει δ' ἐπὶ τῶν ἀγρῶν, τὸ μέσον Πλευρῶνος καὶ Καλυδῶνος] Τὸ *μέσον* poſitum eſt pro *μέσον*, uti *τὸ εἴσω* pro *εἴσω* in Scylace, *peripl.* p. 9. *ed. Voſſ.* Λίμνη δέ ἐστι τὸ εἴσω τοῦ Ἐμπορίου μεγάλη. Auctor antiquior fortaſſe ſcripſiſſet *ἐν μέσῳ* vel *ἀνὰ μέσον* (55), ſed *τὸ μέσον* ſive *μέσον* (*inter*) non falſum eſt; unde ſequitur coniecturam *τῶν μέσων* nullius

(55) Lexicon S. Germani, quod titulum habet Ἄλλος ἀλφάβητος, haec offert: Ἀνὰ μέσον, ἀντὶ τοῦ ἐν μέσῳ. Ἀντιφάνης Ἀδώνιδι. Ita quoque codex, nec Ἀντιφῶν Ἀδ., ſicuti dicit Koppiersius, *obſerv. philol.* p. 7. Ambo autem nomina in aliis locis commixta ſunt, quoniam ad ea exprimenda ſimili compendio ſcribendi uſi ſunt, vel interdum plane eodem. Nam, quando de nominibus propriis non valde raris ſermo eſt, librarios nil niſi primas litteras ſcripſiſſe videmus. Unde ſit, e. c., ut ſaepe confuſa ſint σοφὸς et Σοφοκλῆς, δῆμος et Δημοσθένης, (Wernsdorfius *ad Himer.* p. 735.). ξένος et Ξενοφῶν, ἴσως, Ἰσαῖος et Ἰσοκράτης (v. Suidas *in voc.* διασκευαζόμενος, et Maussacus *ad Harpocr.* p. 311.), Ἡρόδοτος et Ἡρόδωρος (v. auctores ab Heynio *ad Apollodor.* tom. II. p. 356. laudati), ἄριστος et Ἀριστοτέλης, Λυσίας et Λυσανίας, et alia eiusmodi nomina. Harpocration et Suidas: Ζεῦξις· Ἰσοκράτης περὶ τῆς ἀν-

esse utilitatis. SOZOMENUS, *hist. eccles.* l. VI, cap. 1. p. 217. *ἰδὼν ἐν πολεμίᾳ γῇ μέσον δύω μεγίστων ποταμῶν* (*inter duos maximos fluvios*) *πολιορκουμένην αὐτῷ τὴν στρατιάν.* LIBANIUS, vol. IV, p. 1070. *ἵστατο γοῦν ἡ κόρη μέσον Μουσῶν καὶ Χαρίτων καὶ Ἔρωτος.* HERENNIUS PHILO, p. 169. *ἰσθμὸς ἡ μέσον δύο θαλασσῶν γῆ· πορθμὸς δὲ, ἡ μέσον δύο γαιῶν θάλασσα.* SCHOLIASTES *Clementis Alexandrini ineditus* (*ad Paedag.* II, 12, p. 241.): *Ἐκψήγματα γῆς πάντες οἱ λίθοι οἱ τίμιοι· εἴτε γὰρ λυχνῖται τοιοῦτοι, καὶ οἱ ἄνθρακες καὶ οἱ ἀμέθυσοι, πρὸς τούτοις καὶ οἱ βηρύλλιοί τε καὶ σμάραγδοι καὶ ὑάκινθοι καὶ πάντες σχεδόν. οἵγε μὴν τόπαζοι, εἴ τι χρὴ πείθεσθαι* ἈΓΑΘΑΡΧΊΔΗΙ *τῷ τὰ περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς ἱστορήσαντι θαλάσσης, μέσον ἀνευρίσκονται τῶν παραλίων ταύτῃ πετρῶν.* Adiectivum *μέσος* cum genitivo saepius occurrit. AELIANUS, N. A., III, 13. *μέσαι δὲ αὐτῶν αἱ νέαι τετάχαται.* Sic codices potiores; quaedam editiones legunt *μέσον*. Vide notam SCHNEIDERI. APOLLODORUS, to. I, p. 205. *ὁ Ζεὺς ἵησι μέσον αὐτῶν κεραυνόν.* HEYNIUS: „Supra II, 5, 11. §. 3. *βληθεὶς κεραυνὸς* „*μέσος ἀμφοτέρων*, alioquin *εἰς μέσον* malis.“ LUCIANUS, vol. III, p. 290. *κάθευδε μεθ᾽ ἡμῶν μέ-*

τιδόσεως. Ἀριστοτέλης τῶν κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον ζωγράφων. Quid vero ineptius, quam Zeuxin appellare Aristotelem pictorum? GRONOVIUS mutavit *Ἀριστοτέλης* in *ἀριστοτέχνης*: sed codex Vaticani N°. 375. plena ac integra scriptura offert *ἄριστος*, et hoc recipiendum est. In collectione proverbiorum, nota sub nomine *Vatic. Appendicis* I, 25, et in APOSTOLIO, V, 85: *Βοῦς ἐν πόλει· ἐπὶ τῶν παραδόξων καὶ θαυμαζομένων· Λυσίας γὰρ ἀνέθηκε βοῦν ἐν ἀκροπόλει.* *Quis hic Lysias*, ait ANDR. SCHOTTUS, *nondum equidem comperi.* Codex S. Germani N°. 177. loco ultimarum vocum habet *Λυσανίας δὲ εἶπε· βοῦς ἐν ἀκροπόλει.*

ση ἀμφοτέρων (56). Ariſtaenetus, I, 25. ἔπειτα παρακαθέζετο (codex, παρακαθέζετε, i. e. παρακαθέζεται) μέση ἐμοῦ τε καὶ Παμφίλου. Hic locus imitatione expreſſus eſt e *convivio* PLATONIS, cap. 38. Videbis autem, ibi legi ἐν μέσῳ ἐμοῦ τε καὶ σοῦ, nec μέσος. ALCIPHRON, *fragm.* III, p. 219. μέση γὰρ ἕστηκα τῆς Ἀφροδίτης καὶ τοῦ Ἔρωτος ἅμα τοῦ σοῦ. Ita legendum eſt. WAGNERUS dedit ἕστηκα ἐπὶ τῆς Ἀφροδίτης. Ὠιδάριον ἐρωτικὸν quoddam codicis N°. 997. Vaticani, quod Cl. CHARDON DE LA ROCHETTE fortaſſe editioni ſuae Anthologiae graecae inſeret, ſequentibus incipit verſibus:

Ποταμοῦ μέσον κατεῖδον
Ποτὲ τὸν γόνον Κυθήρης,
Ἐνενήχετο προπαίζων
Μετὰ Νηρεΐδων χορείης.
Ποταμὸς δὲ χρυσοδίνης
Ἐβόα· τί πυρπολεῖς με;
Τί με, παιδίον, φλογίζεις;
Ἀπ' ἐμῶν ἄπελθε ῥείθρων.

---

(56) In verbis ἐφίλουν με τὸ πρῶτον ὥσπερ οἱ ἄνδρες, οὐκ αὐτὰ μόνον προσαρμόζουσαι τὰ χείλη, quae paullo poſt leguntur, αὐτὸ μόνον pro αὐτὰ μόνον legenda ſunt. LUCIANUS, vol. III, p. 300. οὔτε ὑποστένων οὔτε δακρύων .... ἀλλ' αὐτὸ μόνον συνεκάθευδέ μοι ἐνίοτε. Vid. TOUPIUS ad *Longinum*, p. 396. et CALLIMACHI *elegiar. fragm.* ed. Luzac., p. 28. RUHNKENIUS (ad *Timaeum*, p. 228.) locum Philonis, quo legitur, ἶνες αὐτὸ μόνον, καὶ λεπτὴ δορὰ, corrigit, aiens: „Αὐτὸ μόνον *idem eſt quod* αὐτόχρημα *in* ALCIPHRONE III, *ep.* 29. αὐτόχρημα ἀπὸ τῆς ἀγροικίας ἀγροικίζοντα, στεμφύλων καὶ κόνεως πνέοντα.“ Haec ſunt verba *Bergleriana*, quibus WAGNERUS bene ſubſtituit αὐτόχρημα τὸν ἀπὸ τῆς ἀγροικίας ἄγροικον, ὄζοντα στεμφύλων καὶ κόνιν πνέοντα. Phraſis ὄζειν στεμφύλου e. c. in PHILOSTRATO occurrit, *Icon.* II, 26, n. 852. BERGLERUS perperam reiecit articulum poſt αὐτόχρημα. Vid. ETYMOL. M. ad vocem Ἡρῷον· Σὺ δ' αὐτόχρημα ὁ ἐκ Τροιζῆνος Ἱππόλυτος συνελκύσας τὰς ὀφρῦς, καὶ τὸ χεῖλος δακὼν, καὶ κάτω κύψας, ὡς Ἡρῷον ἡμᾶς ἄφθογγος παρατρέχεις. Conferri poteſt cum hoc ultimo loco ALCIPHRON, III, 58. τρέμω ἐνδακὼν τὸ χεῖλος, ὡς οἱ τὸν σιγηλὸν Ἥρω παριόντες.

Προσίετο αὐτῶν οὐδένα] Codex cum prima editione exhibet οὐθένα, quod apud auctorem, qualis eſt Antoninus, ferri poteſt.

Ἐχαρακώθη ὑπὸ τοῦ οἴνου] Verheykius nullam fecit mentionem loci, qui legitur in Salmasii in *Flav. Vopiſcum* commentario, p. 475. A.: „Ἀποχαρακωθῆναι ὑπὸ τοῦ οἴνου Graeci eleganter di„cunt, *vino expugnari et deponi.* Χαρακῶσαι eſt „*munire*, cuius contrarium ἀποχαρακῶσαι, *val„lum rumpere et exſcindere.* Anton. Liberalis, „in libro metamorphoſeων, καὶ ὁ λέων ὑπὸ λιμοῦ „τροφῇ ταύτῃ χρησάμενος, ἀπεχαρακώθη ὑπὸ τοῦ „οἴνου, *vino depoſitus eſt.*" Christophorus Wolfius (ad *Liban.* epiſt., p. 725.) item ἀπεχαρακώθη citat (ἀποκεχαρακώθη error typographicus eſt). Ita vero nec in codice, nec in ulla editione legitur. Mihi quidem multum a vero abeſſe videtur haec lectio; neque Chr. Wolfii opinio magnae gravitatis eſt, quem Ruhnkenius (*ad Tim.*, p. 157.) *virum graecae linguae mediocriter peritum* nominat. Nil certius correctione Xylandri, ἐκαρώθη. S. Ioannes Chrysostomus, vol. III, p. 40. E. οἴνῳ πολλῷ καρωθείς.

Ἀπεκτίννυον] Codex, ἀπεκτείννυον. Vid. interpretes Thomae Magistri, in voce ἀποκτιννύναι, ubi grammaticus adnotat, formam in υμι ſermoni attico uſitatiorem eſſe, quam formam in υω (57). Idem

(57) Quam ob rem in auctoribus, qui atticos imitantur, illa praeferatur formae υω. In Libanio, vol. IV, p. 71. Reiskius pro ὀμνύει dare debuit ὄμνυσι, *ibid.* p. 45. ἀπολλυμένων pro ἀπολλυομένων, ib. p. 745. δείκνυσιν pro δεικνύει.

valet de omnibus verbis in ῡμι exeuntibus. Secundum Porsoni *ad Medeam*, p. 59, notam, poetae tragici numquam verbis in ῡω desinentibus usi sunt. Raro in comicis antiquioribus, saepe vero in recentioribus occurrunt. Stoeberus laudat Aristidis locum, qui vocem ἀποκτινύντας una tantum littera ν scriptam exhibet. Phrynichus, qui fuit e grammaticis praestantioribus, hanc scribendi rationem solam esse veram contendit. *Προπαρασκ. Σοφιστ.* Ms. Ἀποκτινύναι, δι᾽ ἑνὸς ν̄· οἱ δὲ διὰ δύο γράφοντες ἁμαρτάνουσιν.

Ἀπενεγκεῖν ἔξω πάσῃ μηχανῇ] Verba ἀπενεγκεῖν ἔξω non significare possunt *ad se perducere*, uti Xylander transtulit.

Vox ἔξω, nisi corrupta, omnino pro ἔξω τῆς γῆς, *e patria exportare*, sumenda est. Sed postea cum legamus, Phylium vultures ad Cycnum portasse, auctor forsan scripsit ἀπενεγκεῖν ἔσω sive εἴσω, *secum ducere*, *domum portare*. Ἔσω poni potest pro εἰς τὰ οἰκία (Euripid. *Medea*, v. 104. ἴτε νυν χωρεῖθ᾽ ὡς τάχος εἴσω), sicuti ἔξω notare potest *e domo*. Xenophon, conviv. cap. IV, §. 37. *ed. Zeunii*. Aristaenetus, I, 9, τὴν ἐσθῆτα ἣν ἐκδυσαμένη κατέλιπον ἔξω (*quam extra reliqui*). Pavius perperam corrigit ἔσω ([58]).

---

(58) Auctor ad morem pauperum mutuandi vestimenta divitum, quibus splenderent diebus sollemnibus, πανηγύρεις dictis, alludit. Artemidoro de eodem sermo est, l. V, cap. 53, p. 261. ἔδοξέ τις γυνὴ τὴν ἐμπλέκουσαν αὐτῇ θεράπαιναν ... τὰ ἱμάτια αὐτῆς χρῆσθαι παρ᾽ αὐτῆς, ὡς εἰς πομπὴν παρελευσομένην. Versum est, *uti vestibus ab ipsa acceptis*. Sed in locum vocis χρῆσθαι restituendum est χρήσασθαι, *mutuari*. Libanius, vol. IV, p. 1112. *ed. Reiskii*,

Ἀετὸς ἡρπαγώς] Xylander ἡρπαγὸς, Munckerus atque ceteri editores ἡρπαγώς. Codex veram lectionem praestat ἡρπακώς.

Τοῦ αἵματος ἑαυτὸν ἀναπλήσας] Verheykius haud immerito vocem ἀναπλήσας defendit: significat illa *polluere*, nec *implere*. Aelianus, N. A. III, 22. τῷ πηλῷ ἑαυτὸν κυλίσας, καὶ ἀναπλήσας τοῦ περιπαγέντος, *eoque adglutinato se obducens*. Vid. Coraius ad *Heliodorum*, to. II, p. 123.

Ἀμηχανῶν, ὅτι χρήσεται] Lege, uti codex praebet, ὅ τι χρήσεται. Conf. de hac formula Perizonius ad *Aelian.* V. H. I, 32, ubi Coraius χρήσαιτο legere mavult, quae vero mutatio e mea opinione inutilis est.

Παρείθησαν] Libet data hac occasione notare, librarios saepissime huius aoristi participium corrupisse. In Eunapio, *vita Aedesii*, p. 41. leguntur haec: ὅτι δῆμος ὑπὸ λιμοῦ παραθέντες, συνῆεσαν εἰς τὸ θέατρον. Ruhnkenius ad Timaeum (p. 206.) felicissime coniecisse quidem videtur, dum proponit παραταθέντες; neque tamen vera est ista coniectura. Codex Vaticani N°. 140. offert παρεθέντες, quod praesenserat Toupius, *emend. in Suid.* etc. vol. IV, p. 414. Eadem obsendit menda in Proclo, p. 340. quam Wyttenbachius correxit

---

τοῖς δὲ ἐνδεεστέροις παρὰ τῶν εὐπόρων ἐστὶν ἱμάτια χρησαμένοις κοσμεῖσθαι. Villoisonius ad hunc locum in uno suorum fasciculorum manuscriptorum, quos bibliotheca imperialis possidet: „Ipso hodi„erno tempore Graeci, qui insulas incolunt, aurum et margaritas „a vicinis mutuant."

ad Plutarch. de ſera num. vind. p. 96. Vid. quoque ABRESCHIUS *ad Callierum* p. 76.

Βουλήσει δὲ τοῦ Ἡρακλέους ἀμελῆσαι τῶν ἐπιταγμάτων τοῦ παιδός] TEUCHERUS imprimi iuſſit ἀμελήσας. Fortaſſe ſcriptor retinuit auctoris ſui formam ionicam ἀμέλησε pro ἠμέλησε. Eodem modo dicit περιΐδεν cap. XIV, ἀρύσαντο cap. XIX. etc.

Τῷ δὲ Κύκνῳ παρέστη δεινόν] Verſionem, *accidit hoc graviſſimum Cycno*, rectam eſſe minime credo. Παρέστη δεινὸν potius ſignificat, *ſceleſtum iniit conſilium, crudele eum cepit conſilium*, (manum ſibi inferendi), nam praeter ſpem ſe contemtum cenſuit. Vid. de hoc vocis παρέστη ſenſu ORVILLIUS *ad Charitonem*, p. 438. *ed. Beckii.* JACOBSIUS (Ephem. litt. hal. l. l.) comparat HERODOTUM VI, 138. καί σφισι βουλευομένοισι δεινόν τε ἐσέδυνε. Vid. praeter haec LIBANIUS IV, p. 45. τοῦτο μέντοι τὸ δεινὸν καὶ φρικῶδες Πρίαμον εἰσιὸν, ταραττέτω, atque CHORICIUS *ed. Vill.* p. 21. ὥστε νοσοῦσαν ἐκείνην οὐδὲν εἰσῄει δεινόν.

Ἀτιμωθέντι παρὰ τὴν δόξαν] Coniectura ἀτιμηθέντι, quam TEUCHERUS in textum recepit, nullius plane pretii eſt. Dici poteſt ἀτιμάζω, ἀτιμάω et ἀτιμόω. Lexicographus HERMANNI, *de emend. rat.* etc. P. I, p. 340. Ἀτιμάζω, τὸ περιφρονῶ παρὰ Λιβανίῳ· μὴ ἀτίμαζε τὸν γάμον· ἀτιμόω δὲ ἀτιμῶ, τὸ ὑβρίζω. LIBANII locus occurrit vol. IV, p. 156. μὴ μόνος ἀτίμαζε τὸν γάμον, θεὸν ὄντα καὶ θεῶν μέγιστον.

Ὥρᾳ τοῦ ἀρότου] Sic quoque codex.

Cap. XIII. Ὅπως κηδεύσασιν] JACOBSIO (*Ephem. litt. hal.* l. c.) placet legere κηδεύσουσιν.

Χίμαιρον ἄθορον ἐκρήμνων] VERHEYKIUS lectionem ἐκρήμνων bene defendit. Vid. SCHNEIDERUS (*Bibl. phil. gotting.* l. c. p. 426.). Librarius accentum vocis ἀθορον omisit; fortasse legi voluit ἄθουρον. TOUPIUS, *emend.* etc., vol. IV, p. 169. adnotat, XYLANDRUM pro *hoedum intactum* vertere debuisse, *hoedum, qui necdum iniit aliquam.* Ἄθορος originem debet verbo θόρω, θόρνυμι. Cuius compositum, προσεκθόρνυμι, quod lexicographis non innotuit, feliciter restitutum est a WYTTENBACHIO in *Pseudoplutarcho de fluviis*, cap. XXIII, f. 4. Μίθρας . . . τὸ τῶν γυναικῶν γένος μισῶν, πέτρᾳ τινὶ προσεξέθορεν, id est, εἰς πέτραν τινὰ ἀπεσπέρμηνεν. Codex et editiones προσεξέθερεν, verbi προσεκθέρω, cui SCHNEIDERUS, nescio qua ratione ductus, substituere mavult προσραίνω (Lex. graeco-germanic. to. II., p. 331.).

Cap. XIV. Ἱστορεῖ Νίκανδρος ἑτεροιουμένων β̄] Resecanda haec verba sunt, quae neque in codice, neque in prima editione invenias. Librarius ubi nomina auctorum, quorum opera Antoninus in compendium contraxit, non inuenit, in inferiori paginae parte posuit Ο with Υ above (*sic*), quemadmodum cernimus ab initio huius capitis.

Περιεῖδεν] Duce codice restituenda est forma ionica περιίδεν. Cap. XVII, ὅτι . . . ἴδεν, cap. XVIII, ὡς ἴδεν, cap. XIX, καὶ . . . ἴδον et ὅτι ἴδον τὸ αἷμα, cap. XX, καὶ ἴδεν.

Σύννομοι] Ita codex; editiones *Verheykiana* antiquiores exhibent σύνομοι, unde Galius fecit σύνορμοι. Similis in Scholiasta *Luciani*, vol. II, p. 690. obſendit menda: Φρυγάνων φακέλους οἱ Σκύθαι συνήσαντες (lege συννήσαντες; codex Venetus, n° 445. συνάξαντες) καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν ὄγκῳ (lege ὑπ' αὐτῶν τῷ ὄγκῳ, cod. Venet. ὑπ' αὐτῶν τὸν ὄγκον) ἀκινάκην ἱδρύσαντες σιδηροῦν, θυσίας ἐπετείους προσάγουσι. In Luciani *hiſtoria vera*, vol. II, p. 96. (59) συνηχόμεθα pro συννηχόμεθα, error eſt typographi.

Cap. XV. Ἱστορεῖ Βοῖος Ὀρνιθογονίας β̄] Codex correcte, ὀρνιθ. ᾱ.

---

(59) Paullulum antea legimus: Τὴν μὲν ναῦν ὑπεστηρίξαμεν· αὐτοὶ δὲ τὰ πυρεῖα συντρίψαντες, καὶ ἀνακαύσαντες, δεῖπνον ἐκ τῶν παρόντων ἐποιούμεθα. Qui Lucianum tranſtulerunt, omnes, quos novi, male reddiderunt τὰ πυρεῖα συντρίψαντες, dum ſequebantur exemplum *Scholiaſtae*, qui τὰ πυρεῖα per τοὺς πυρεκβολίτας λίθους interpretatur. Τὰ πυρεῖα non ſignificant lapides, ſed ligna, quibus ignem ſuſcitabant, ad hodiernum incolarum terrarum quarumdam calidiorum morem, cuius ſingula, quae nobis tradit hiſtoriae *Pauli et Virginiae* auctor, p. 30. (ed. anni XI [1803]) haec ſunt: „Paulus more Aethiopum ignem facere apud ſe conſtituit. Eminenti lapidis angulo pro inſtrumento utens in ramum ſiccae arboris pedibus ſubiectum parvulum foramen terebrando ſecit; deinde acie eiusdem lapidis aliud rami non minus ſicci, ſed ex alio arborum genere fragmentum acumine inſtruxit, quod cum foramini ligni pedibus ſubiecti immiſiſſet, manibusque celerrime circumegiſſet, quemadmodum rudem, quae chocolatae in ſpumas agendae inſervit, verſamus, illico e parte, qua contingebant ſeſe ligna, ſumum ſcintillasque provenientes vidit." Cum hac deſcriptione quando comparaveris, quae Scholiastes *Apollonii Rhodii* (I, 1184) dicit, nihil, quomodo ſint intelligenda τὰ πυρεῖα. dubii reſtabit: πυρήϊα δέ φησι ξύλα τινὰ, ἃ παρατρίβοντες πῦρ ἔβαλλον. τούτων δὲ τῶν ξύλων τὸ μὲν ἦν ὕπτιον, ὅπερ ἐκαλεῖτο στορεὺς, τὸ δ' ἕτερον τρυπάνῳ παραπλήσιον. παρατρίβοντες οὖν τῷ τρυπάνῳ τὸν στορέα, ἐν τῷ στρέφειν πῦρ ἐποίουν. ταῦτα οὖν καλεῖ πυρήϊα, ἃ παρατριβόμενα ἀλλήλοις πῦρ ἐγγεννᾷ. Vid. quoque Casauboni *lectt. Theocritt.* cap. 20. et Schultensii *origin. hebr.* To. I, p. 65.

"Οτι ταῖς αὐταῖς χώραις κόραις ὀφθαλμὸς ἐνῆν μέλας] Hic locus non alio modo corrigitur quam reiecta voce χώραις, quae in codice deficit et in Xylandri textum ob similitudinem sequentis vocis irrepere potuit. Eiusmodi fere error in Antigono Carystio, cap. 129. obsendit. Vid. quoque Jacobsius, *animadv. in Eurip. trag.*, p. 50., qui censet legendum esse ὅτι ταῖς κόραις ὀφθ. ἐ. μ.

Εἰ δὲ καλῷεν] Codex καλῷιεν (*sic*). Auctorem καλοῖεν scripsisse equidem puto. Vid. tamen Piersonus *ad Moer.* p. 325, ubi sermo est de formis ποιῴην et γαμῴην. *Si eos invitarent* (*S'ils les invitoient*) ad formam graecam dicitur pro *si invitarentur* (*si on les invitoit*). Cap. XXXIV. τὸ δὲ βρέφος . . . . ὠνόμασαν Ἄδωνιν, *Adonin eum nominabant.*

Ἐξύβρισε πρὸς τὸ ὄνομα τῆς Ἀθηνᾶς] Jacobsius, *exercit.* to. II, p. 102. „*Nihil erat in Minervae nomine, quod irrisioni pateret; caesios autem deae oculos Eumeli liberi ridere solebant, ut Antoninus monet p.* 105; *nec ob aliam causam Meropis in* γλαῦκα *mutata esse videtur, quam quod Minervae* γλαυκότητα *reprehendisset. Haec efficiunt, ut Antoninum scripsisse putem* ἐξύβρισε πρὸς τὰ ὄμματα τῆς Ἀθηνᾶς. *Hoc nisi admiseris,* ὄνομα *non pro nomine, sed pro cognomine Minervae, a poetis ipsi constanter tributo, accipiendum erit.*" Verba τὸ ὄνομα non esse corrupta mea fert opinio. Codex post ἐξύβρισε distinctionem facit. Auctor praepositionem πρὸς libenter adhibet, et interdum singulari modo. Cap. XIII, θαυμάσαις

πρὸς τὸν ὄγκον . . . καὶ πρὸς τὰς μελίσσας. Cap. XI, οἰκτείρας πρὸς τὴν παλαιὰν φιλίαν. Cap. XXIX, πρὸς τὴν μεταβολὴν τῆς ὄψεως ᾤκτειρεν. Cap. XXV, πρὸς δὲ δὴ τὸ μαντεῖον, οὐδεμία τῶν παρθένων ὑπήκουσεν.

Cap. XVI. Εἵλκυσε] Ita quoque codex.

Cap. XVII. Βίου ἐνδεεῖ] *Sine re, pauper.* Aelianus, H. V., l. I, cap. 31, οἱ τούτων ἐνδεέστεροι τὸν βίον, *ii, qui pauperiores ſunt ceteris.* Vid. Valckenaerius *ad Theocrit. Adon.* p. 247. Aristaenetus, l. II. *epiſtola* 12, ἀλλ' ἡ τούτων ἐξ ἀρχῆς τὴν τύχην ἐνδεὴς, πάσης ὁμοζύγου πλουσίας φρύαγμα καὶ τῦφον πολλῷ τῷ μέσῳ παρῆλθεν. Vox τούτων mutanda eſt ſecundum omnium commentatorum opinionem. Coniecerunt πάντων, τοιαύτη, γ' οὕτως, τοσοῦτον (vid. Koenius *ad Gregor.*, p. 126). Mihi magis arridet lectio πλούτων. Vid. de hoc plurali interpretes Xenophontis Ephesii, p. 199. Πλούτων et πλουσίας invicem ad ſe reſpiciunt. Auctor tales repetitiones libenter adhibet. L. I, ep. 8, ἅμα τε ᾄδων καὶ ᾄσμασιν ἐρωτικοῖς τὸν Ἔρωτα θεραπεύων. L. I, ep. 25, φιλοτιμότερον δωροῦνται τῇ ποθουμένῃ, καὶ προκρίνονταί μου τοῖς δώροις. Non deſunt eiusmodi repetitiones, quae elegantiam quandam prae ſe ferant. Chion, ep. XVI, p. 50, *ed. Coberi*, ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ τοῖς μὴ φιλοσοφήσασιν ἱκανὴ, μᾶλλον δὲ πέρα τοῦ ἱκανοῦ ἀπολογία. Ep. III, p. 13, ταῦτα μὲν οὖν οὐ τοῦ ἱκανοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ πάνυ πέρα. Coberus non immerito lectionem τοῦ πάνυ πολλοῦ πέρα, quam in quibusdam codicibus pa-

rifienfibus ipfam inveni, reprehendit. Sed *τοῦ πάνυ πέρα* non melius eft. Non dubito, quin fcripferit auctor *οὐ τοῦ ἱκανοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἱκανοῦ πέρα* (60). JACOBSIUS (*Eph. litt. hal.* l. c.) de ifta coniectura haec: „Emendationem hanc „fine dubio bonam opinamur, ita vero, ut *πολ-* „*λοῦ* quoque recipiatur. *Πολλοῦ* pofitum eft loco „*πάνυ*, ficut ARISTOPH. Nub. 912. *θρασὺς εἶ πολ-* „*λοῦ*. Vid. FISCHERUS *ad Weller*. III, p. 224.“

Προηγόρευε] Lege fecundum codicem, *προηγόρευσε*.

Ἄῤῥεν λέγουσα τεκεῖν] *Ἄῤῥεν* pro *παῖδα ἄῤῥενα*. PSEUDOPLUTARCHUS *de fluviis*, cap. XVIII, f. 10, *ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς ἄῤῥενα*. Codex et prima editio *ἄῤῥεν*, nec equidem video, quare haec lectio relinquenda fit. PLATO, *conviv.*, cap. XIV, *τὸ μὲν ἄῤῥεν ἦν τοῦ ἡλίου τὴν ἀρχὴν ἔκγονον, τὸ δὲ θῆλυ τῆς γῆς*, et cap. XV, *ἅμα δ' εἰ καὶ ἄῤῥεν* (vulgo *ἄῤ-ῥην*)

(60) In loco, quem legimus in eadem pagina, *μάλιστα γὰρ δὴ μετασχὼν τῶν Σωκράτους λόγων, ἀρκεῖ στρατεύματα καὶ πόλεις σώζειν*, animadvertenda eft verbi *ἀρκεῖν* cum infinitivo conftructio in fenfu verbi *poffe, valere*. FIRM., *ep.* 2. *ἀρκεῖ γράμμα τῆς σῆς λογιότητος, καὶ λύπην κοιμίσαι καὶ θεραπεῦσαι ψυχήν*. AELIANUS, N. A. V, p. 142. *τὸ πάχος αὐτῶν δεκαετὴς παῖς γεγονὼς μόλις ταῖς χερσὶ περιβάλλειν ἀρκέσειε*. Codex Vaticani, N°. 997, offert *ἰσχύσει*, quod eft vocis *ἀρκέσειε* explicatio. NEMESIUS, *de nat. hom.* p. 115. *ed. Matth.* *χορηγοῦντος δύναμιν ἀρκοῦσαν διέπειν ἡμᾶς*. Ita, neque *ἀρκοῦσαν τοῦ διέπειν* legendum eft. LIBANIUS IV, p. 260. *φέρε γάρ· τίς ἡ τιμὴ τοῦ βωμοῦ; . . . . ἤρκεσέ με ῥύσασθαι; πόθεν; οὐκοῦν ὁ μὲν λίθος ἕστηκε, τὸ γέρας δὲ πέπαυται*. MORELLUS male vertit, *an fatis fuit me fervari alicunde* (*ῥύσασθαί ποθεν*)? *Ἤρκεσε* fignificat *potuit. Potuitne me fervare? Non potuit*. Videat. de *πόθεν* KOENIUS *ad Gregor*. p. 61. LIBANIUS III, p. 50. *ὅμως οὐδὲ τούτων ἀμφοτέρων ἐλπίδες ἀρκοῦσιν ἐκκόψαι πονηρίαν*.

ϱην) ἄῤῥενι (ἐντύχοι), πλησμονὴ γοῦν γίγνοιτο τῆς συνουσίας.

Διὰ τὸ δϱάκοντα πολλάκις· Πάνακτα δὲ καὶ Ὑπεϱμήστϱαν.] Adest in margine ad hunc locum lineola, qua librarius corruptum eum indicat. Quae menda probabiliter sine ullius codicis auxilio corrigi nequit. Jacobsius, (*Eph. litt. hal.* l. l.) legendum esse censet, διὰ τὸ δϱάκοντα ποδὶ λακτίσαι. Magis mihi adhuc placeret lectio διὰ τὸν δϱάκοντα πολλάκις παταχθέντα, (*sauciatum*), καὶ Ὑπεϱμνήστϱαν κ. τ. λ.

Αἴϱασθαι τίμον] Codex αἰϱασθαι τιμον (*sic*). Verheykius non sine ratione defendit phrasin αἴϱασθαι τίμον, cui substituere voluere εὑϱῆσαι τιμήν. Nil saepius occurrit, quam expressio ᾄϱασθαι κλέος, δόξαν, ὄνομα κ. τ. λ. Pro αἴϱασθαι scribe ᾄϱασθαι, nam ἰῶτα hodie subscribitur, nec textum intrat, qui est mos codicum antiquorum. Vid. Munckerus ad cap. XX, qui mutat καὶπὶ in κᾀπὶ. Multi editores ἄϱασθαι sine ἰῶτα scripsere, quia aoristus derivatur a futuro, quod hoc signo caret. Utrumque modum codices veteres mihi obtulere, quem esse iustum recte admoneri videtur, cum olim duo futura exstarent, αἰϱῶ et ἀϱῶ. Porsonus *ad Medeam*, p. 65: „*Ex ἀείϱω veteres primo formavere futurum* ἀϊϱῶ, *vel* ἀεϱῶ, *unde per crasin effecere* αἰϱῶ, *vel* ἀϱῶ, *priore producta. Postquam vero ipsum verbum in* αἴϱω *contraxissent, novum futurum efformabant*, ἀϱῶ, *priore correpta.*“

Cap. XIX. Καὶ ἔστιν ὅσιον οὐδένα παϱελθεῖν οὔτε θεὸν, οὔτε θνητὸν] Coniectura καὶ οὐκ ἔστιν ὅσιον

mihi non necessaria videtur. Cap. XLI. ἦν δὲ θεμιτὸν, οὔτε τὴν ἀλώπεκα καταληφθῆναι, οὐδὲ τὸν κύνα ἐκφυγεῖν. Παρελθεῖν significat, monente Verheykio, *intrare*, non *praeterire*. Πάρειμι eodem modo duabus significationibus instructum est, quas translatores interdum commiscent. Locella ad *Xenophontem Ephesium*, p. 246, exemplum adfert e Luciano, (vol. I, p. 274) ubi Hemsterhusius παρῄειν vertit per *praeteribam* pro *pertransibam*. „*Ad hanc, inquit, verbi* παρίημι *significationem animum non advertens Hemsterhusius, etc.*" Doleo, virum linguae graecae peritissimum, dum Hemsterhusium emendabat, ipsum confudisse verba παρίημι et πάρειμι, a quo errore Henricus Stephanus (Thes. ling. gr. vol. I, p. 1669. E.) cavere suadet. Sozomenus, hist. eccl., l. III, cap. 21, παριόντα γὰρ αὐτὸν τότε δι' αὐτῶν, εὐμενῶς προσεδέξαντο, *qui eum transeuntem benigne exceperunt*. Quae versio nulla laborat menda, cum *transire* sumi quoque possit pro *pertransire*. Vid. Abreschius, animadv. in N. T., p. 585.

Ἠρύσαντο] Forma ionica ἀρύσαντο recipienda est, nam in codice et prima editione invenitur.

Ἐπιτελεῖς παρὰ τοὺς ἄλλους ὄρνιθας] *Prae aliis avibus*. Scholia *Philostrati* Her. p. 509. explicant verba σφριγῶντα παρὰ πολλοὺς per ἀκμάζοντα ἐπέκεινα πολλῶν. Restituenda est praepositio παρὰ in hoc sensu Libanio, vol. I, p. 452. πεποίηκε δέ μοι τὴν χειροτονίαν οὔτε τὸ γένει τῶν ἄλλων διαφέρειν, . . . οὐδὲ τὸ μὴ δύνασθαι τοὺς ἄλλους λέγειν. Secundum codices optimos parisios et

venetos legendum eſt, οὐδὲ τὸ δύνασθαι παρὰ τοὺς ἄλλους λέγειν. Voci παρὰ contraria eſt μετά. Philostratus l. c. μάχεσθαι μετὰ τοὺς πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων. Scholia μετὰ per ἧττον explicant.

Cap. XX. Σιμμίας ὁ Ῥόδιος Ἀπόλλων] Codex diſtincte Ἀπόλλωνι, quod Munckerus recepit. Vid. quoque Luc. Holstenii *not. poſthum. in Steph. Byzant.*, p. 130.

Εἰ μὴ παύσατο] Verheykius παύσαιτο, quod etiam in codice legitur.

Ὑψιαίετος] Capitum tabula falſo ὑπαίετος. Signum ψ in codicibus antiquis ſcribebatur ſic: ┬ (61). Lineola ſupra verſum excedens quando exſtincta eſt, nihil facilius, quam pro ┬ ι (ψι) legere π. De antiqua ſigni ψ forma vid. Villoisonius, *anecd. gr.*, vol. II, p. 165. Idem vir doctus monet, ſecundum ſcholiaſten Dionysii Thracis antiquiſſimis temporibus pro ſigno ψ adhibuiſſe Graecos π. Vid. p. 122. Haec, quorum nonniſi partem Villoisonius edidit, Scholia digna ſane ſunt, quae typis integra excudantur. Multa inedita huiusmodi in

---

(61) De frequenti ſignorum ψ̄ et τ̄ commiſtione vid. Porsonus *ad Med.* p. 101. Affero exemplum notabile, quod in Apollonio Dyscolo, *excerpt.* p. 555. *ed. Sturz.* occurriſſe credo. Auctor Aeoles dicere σοι̅ et τοι̅ (tibi) refert. Exemplo formae σοι̅ oblato pergit: καὶ τὸ κατὰ ἀπόλυτον διὰ τοῦ τ̄. κἀπολείψω, καὶ σαφὲς ὡς μᾶλλον δωριος η νε ταλητις (ſic). Παρ' οἷς τὸ σ̄ τῶν ἀντωνυμιῶν τ̄ γίνεται.. Salmasius pro τὸ κατὰ ἀπόλυτον legit τὸ καταπολύ. Codex Apollonii (accentibus carens et verba raro diſtincta habens, quod data hac occaſione adnoto) bonam hanc lectionem exhibet, κἀπιλείψω τοι, verba Sapphonis, quae exemplum formae τοι̅ exhibent. Cetera divinando, ſi fieri poteſt, corrigenda ſunt. Equidem corrigo, καὶ σαφὲς ὡς μᾶλλον Δώριος ἡ μετάληψις, παρ' οἷς τὸ σ̄ κ. τ. λ.

codice Vaticano, N°. 14, inveniuntur, de quo ſupra iam dictum eſt, p. 67. Documento nunc hic ſufficiat locus non leviſſimus: Ἰστέον ὅτι σκοπὸν ἔχει ὁ Διονύσιος, ὡς ἐν εἰσαγωγῇ παραδοῦναι πάντα τῆς γραμματικῆς τὰ θεωρήματα..... τὸ δὲ χρήσιμον τοῦ παρόντος συγγράμματος ὁ σκοπὸς φανεροῖ. οἶμαι δὲ, ὅτι οὐ μόνον χρήσιμον, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖόν ἐστι (62) τὸ παιδεύεσθαι γράμματα, ὧν χωρὶς οὔτε ἴδιαι τάξεις, οὔτε πολιτικαὶ δύνανται συστῆναι. Εἰ γοῦν τὰ γράμματα ἀναγκαιότατά εἰσι, περὶ δὲ γραμμάτων ἡ γραμματικὴ διαλαμβάνεται, τῶν ἀναγκαιοτάτων ἄρα τῷ βίῳ καὶ χρησιμωτάτων τὸ τῆς γραμματικῆς καθέστηκε μάθημα. Μάθοι δ' ἄν τις ἐντεῦθεν ἀκριβέστερον· μουσικὴν μὲν γάρ τις ἀγνοῶν, ἢ ἀστρονομίαν, ἤ τινα τῶν ἄλλων λογικῶν τεχνῶν, οὐκ ἂν αἰσχύνοιτο, ὡσὰν οὐ μεγάλα πρὸς τὰς (63) χρείας τοῦ βίου βλαπτόμενος. ἐὰν δὲ γραμμάτων τις ἐστερημένος εὑρεθῇ, ἀμαθὴς ὑπάρχει. ὅθεν οὐδὲ τοὺς οἰκέτας ἀπεστέρουν οἱ χαρίεντες τῆς τοιαύτης παιδεύσεως. Ὁ γοῦν παρὰ τῷ (64) Θεοφίλῳ τῷ κωμικῷ θεράπων, ἐν τοῖς Ἀποδήμοις (65) λέγει·

---

(62) Codex, *οὐ μόνον τὸ χρήσιμον, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον ἐπι (ſic) τὸ παιδ. κ. τ. λ.*

(63) Codex *μεγάλα προ (ſic) τὰς χρείας*. Sainte-Croix (*examen crit. hiſtoriarum Alexandri, edit. altera*, p. 864.) eodem, quo ego, tempore huius ſcholii partem in lucem protulit. Ille legit *μεγ. πρῶτας (ſic) χρείας*; ego vero mallem *πρὸς τάς*. Libanius vol. IV, p. 667. *μισεῖν τοὺς κἂν πρὸς ὀλίγον τι βλάπτοντας, qui vel in exigua re nocent.* Loco *τοῦ πρὸς* ſcribere quoque potuit auctor *εἰς*. Idem IV, p. 22. *τὸν μὲν εἰς τὰ τιμιώτατα βεβλαμμένον.*

(64) Codex, *ὁ γοῦν τῷ (ſic) περὶ τῷ θεοφίλῳ*. Sainte-Croix praebet *ὁ γοῦν τις παρὰ τῷ Θ*

(65) Codex, *ἀπηδημοις*, quod graecum non eſt. Vid. de *Theophilo comico* Fabricius, bibl. gr. vol. II, p. 500. ſ. *edit. Harles.*

Καί τοι τί φημι καὶ τί δρᾶν (66) βουλεύομαι;
Προδοὺς ἀπιέναι τὸν ἀγαπητὸν δεσπότην,
Τὸν τροφέα, τὸν σωτῆρα, δι' ὃν εἶδον νόμους
Ἕλληνας (67), ἔμαθον γράμματ', ἐμυήθην θεοῖς (68).

Ὥσπερ γὰρ τῶν ἱερῶν μεταδιδόασι τοῖς οἰκέταις καὶ τῶν νόμων, οὕτως μαθήσεως γραμμάτων μεταδιδόασιν αὐτοῖς, ἵνα τοῖς γράμμασιν ἡμεροῖντο, καὶ πρὸς τὰς τοῦ βίου χρήσεις ὦσι πεπαιδευμένοι. Ἔχει δὲ (69) ἡ γραμματικὴ καὶ ψυχαγωγίαν ἐμμελῆ, διδάσκουσα κάλλος ποιημάτων, ἱστορίαις τε καὶ μύθοις κατάρδουσα (70), φιλόμυθος δὲ ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἁπλῶς πρὸς ἑκάστου βίον (71) συντελεῖ κ. τ. λ.

Cap. XXI. Ἔργα τῆς Ἀφροδίτης] Cap. XXXVII, χάριν ἔργων Ἀφροδίτης. Cap. XXXVIII, πρὸς ἀφροδίσιον ἔργον. THEOCRITUS, epigr. 4, δυνατὸν Κύπριδος ἔργα τελεῖν. Vid. JACOBSIUS, *animadv. in*

Comoedia, cui nomen eſt Ἀπόδημοι, ni fallor, ex hoc uno loco nota eſt.

(66) Codex, *καὶ τί φημι καὶ τι δρὰν (ſic) βούλομαι.* JACOBSIUS (*Ephem. litt. hal.* l. c.) proponit Καίτοι τί φημί; ἢ διαδρᾶναι βούλομαι; Προδούς τ' ἀπιέναι κ. τ. λ. Equidem coniecturam cuiusdam in *Ephemerid. litter. ien.* (1807. Dec.) recepi, quae magis mihi arridet, cum idem paullo poſt libri mei editionem mecum cogitaverim.

(67) Codex, *νόμους, ἕλληνας.* Deleo comma et *ἕλληνας* adiectivum puto.

(68) Codex inter *γράμματα* et *ἐμυήθην* habet ὑφ' ὧν, quae vero reiicienda ſunt, cum metrum turbent.

(69) Codex, *ἔχοι δὲ κ. τ. λ.*

(70) Ita corrigo codicis lectionem, *κα . α . . δουσα.* HESYCHIUS, *Κατάρδειν· εὐφραίνειν, ποτίζειν.* HERACLID., *alleg. Homer.* p. 3. *τοῖς ἔπεσιν Ὁμήρου.. τὰς ψυχὰς ἐπάρδομεν.* LIBANIUS, vol. I. p. 407. *οἷς (λόγοις καὶ παιδείᾳ) εὐθὺς ἐκ νέου τὴν ψυχὴν ἀρδόμενος.* Vid. WYTTENBACHIUS *ad Plut. de ſera num. vind.* p. 117.

(71) Codex, *βίου.* Ex hac magna locorum incorrectorum copia apparet, librarium, ſi univerſum reſpicias, admodum negligentem fuiſſe. Ceterum codex eſt *palimpſeſtus*; inde difficillime legitur.

Anthol. Gr. vol. VII, p. 194. f. Longus eodem fenfu utitur phrafi ἔργα ἔρωτος. Vid. Villoisonius ad p. 76, l. 7, ubi leguntur haec: καὶ πολὺν ἤδη χρόνον ἔρωτα ζητοῦντες. Brunckius in notis manufcriptis, quae funt in bibliotheca parifienfi, de hoc loco notat: „Nil eft probabilius lectione Valckenaerii, ἔρωτος ἔργα pro ἔρωτα.“

Συνήθης] Munckerus: „Συνήθεις *Graeci alias* ὁμήλικας, ἰσήλικας *et* συνήλικας *appellare amant,* ἀπὸ τοῦ ἧλιξ.“ Phrynichus, Προπαρασκ. Σοφ. Ms., Ἰσῆλιξ· καινότερον τοῦ ἡλικιώτης. Lexicon St. Germani, titulum ferens, ἄλλος ἀλφάβητος: Συνήλικα· Ἀναξίλας Βοτρυλίωνι (Corrigunt Βοτρυδίωνι. Vid. intt. Pollucis, l. X, f. 191.). Auctores maxime recentes dicunt quoque συνομῆλιξ, quemadmodum dicitur συνόμευνος, συνόμαιμος, συνομήθης, συνομώνυμος. Vid. Brunckius, *Anal. Gr.*, vol. II, p. 11. Haec compofita interdum obfenderunt commentatores, fed minime mutanda funt, nifi in auctore antiquiffimi temporis. Τὸ ᾠδάριον ἐρωτικὸν, cuius iam fupra initia dedi, haec habet:

Ὑποδὺς ἔνερθε λόχμης,
Σκιεροῖς ἔπαιζε δένδροις,
Πύματον βέλος τε πέμψας,
Βάλεν ἠπάτων τὰ κοῖλα.
Συνομηλίκων χορεία,
Συναρήξατε προθύμως.
Κατακαίομαι, κλονοῦμαι,
Ἀφανῶς τε πυρπολοῦμαι.

Ἐξέμηνεν αὐτήν] Lucianus, vol. III, p. 281, ἐκείνη ἐξέμηνε τὸν ἄνθρωπον. Dici poteft ἐκμαίνειν τινὰ ἐπί τινι et ἐπί τινα. Aristophanes, Ἐκκλ.

v. 965. Κύπρι, τί μ' ἐκμαίνεις ἐπὶ ταύτῃ; ANTON. LIB. cap. XXXIV. δεινὸς γὰρ αὐτὴν ἔρως ἐξέμηνεν ἐπὶ τῷ πατρί. XENOPHON EPHESIUS, l. I, p. 20. ὀμνύω . . . τὸν ἐπ' ἀλλήλους ἡμᾶς καλῶς ἐκμήναντα θεόν. ARISTAENETUS, I, 15. ὡς ἐπαφροδίτως ἐκμανείσης αὐτῷ. MERCERIUS legit, ἐκμηνάσης αὐτόν. Codex lectionem a recentiori manu ortam fert, ὃς ἐπαφροδίτως ἐκμανεὶς αὐτῇ.

Δύο παῖδας, Ἄγριον καὶ Ὄρειον] ALCIPHRON, III, 29, Ὄριος Ἀνθοφορίωνι. Scribendum eſt, uti in ANTONINO invenimus, Ὄρειος. Nomina propria in ALCIPHRONIS epiſtolis, omnia fere ſignificatione quadam alia gaudent. L. III, 70, οὐδὲ χαρίεις ἐδόκουν, ἀλλά τις ὄρειος καὶ τραχὺς καὶ ἀπηχής.

Εἴ τῷ ξένων ἐντύχοιεν] Codex, εἴ τῳ ξένων ἐντύχοιεν, quod MUNCKERUS recepit.

Ἀπάγοντες εἰς τὰ οἰκία] Codex veram lectionem, εἰς τὰ οἰκεῖα, offert.

Ἄγριος μετέβαλεν εἰς γύπα] Haec eſt lectio codicis. Quaedam editiones perperam Ἄγριον. Μεταβάλλω eodem ſenſu occurrit ac μεταβάλλομαι. SCHOLIASTES *Apollonii Rhodii*, II, 168, ſecundum codicem pariſienſem, δι' Ἰὼ τὴν Ἰνάχου οὕτω κληθῆναί φασιν (Βόσπορον), ἥτις εἰς βοῦν μεταβαλοῦσα, δι' ἐκείνου τοῦ πορθμοῦ ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην διανηξαμένη ἐπέρασεν. NEMESIUS, *de nat. hom.* cap. 5, p. 157, ἀὴρ συναχθεὶς μὲν καὶ πυκνωθεὶς γίνεται ὕδωρ· ξηρανθεὶς δὲ, εἰς πῦρ μεταβάλλεται. Codex quidam pariſienſis, multum ab iis, quibus MATTHAEI variantes lectiones debet, diſcedens,

exhibet, εἰς πῦρ μεταβάλλει. Conf. Nemes. p. 160 et 161.

Ηὔξετο θεοῖς] Codicis lectio eſt, ηὔξατο, quae recipienda.

Cap. XXII. Τοῦτο κατ' εὐμένειαν] Τοῦτο ad infinitivum ποιμαίνειν pertinet, atque Xylander in verſione recte praeteriit. Chariton, l. II, cap. 11, τοῦτό μοι καὶ γονέων ἥδιον καὶ πατρίδος καὶ τέκνου, πεῖραν ἑτέρου ἀνδρὸς μὴ λαβεῖν. Orvillius de voce τοῦτο haec: „*Ad ſequentia hoc pronomen ſae-„pe refertur; quod non obſervatum in optimis „auctoribus turbarum ſaepe dedit anſam.*" Interdum librarii eam vocem plane praeteribant, ſed peccatum eſt. Libanius, vol. IV, p. 4. αἰεὶ μὲν οὖν ἔμοιγε σύνηθες, μὴ μακροὺς ὑπὲρ τῶν πραγμάτων ἀποτείνειν τοὺς λόγους (72). Optimi codices exhibent ἀεὶ μὲν οὖν ἔμοιγε τοῦτο σύνηθες, μὴ κ. τ. λ. Aristaenetus, I, 28, ἐπεὶ τοῦτό γε ἐστὶν ἀνὴρ (73), τὰ

---

(72) Vid. de phraſi ἀποτείνειν τοὺς λόγους notae ad *Heroica* Philostrati p. 645 ſ. et conferatur locus Scholiaſtae Sophoclis cum Hermanni lexicographo, p. 390. In hoc praebent codd. pariſſ. ἐπὶ λόγου pro ἐπὶ τόπου. Themistius, XIII, p. 162. ἀποτείνεις μακρὸν καὶ πάγκαλον λόγον. In verbis praecedentibus, οὐ μὴν γὰρ τεύξασθαι μόνον, οὐδὲ ζητεῖν κ. τ. λ. Ruhnkenius *in Tim.* p. 255 corrigit οὐ μ. γ. τευτάζειν μ., et addit, *ſi forma media* τευτάζεσθαι *ſatis certa eſſet, eam praeferrem.* Reſtituenda eſt haec forma media; occurrit in pluribus locis Damascii Ms. ἀπορίαι καὶ λύσεις περὶ τῶν πρώτων ἀρχῶν, e. g., fol. 9. recto Cod. par. 1989. αἱ γοῦν τῶν πολλῶν ἀνθρώπων ἐνέργειαι, κἂν περὶ τὰ ἔξω τευτάζωνται καὶ διατρίβωσιν, ὅμως περὶ αὐτὰ τὸ χείριστον ἐπιδείκνυνται.

(73) In verbis φθόνος δὲ μηδεὶς τῆς ἄλλης ἡμῶν ἐπικρατήσῃ φιλίας, quae ſtatim ſequuntur, Pavius ἄλλης in παλαιᾶς perperam mutare voluit. Vocis ἄλλος ſenſus idem eſt ac in Platone (*Parmen.*, vol. X, p. 74.), τῇ ἄλλῃ σου φιλίᾳ βουλόμενος ᾠκειῶσθαι. Vid. Heindorfius *ad Gorg.* p. 91.

δυνατὰ ἀκριβῶς διαγνῶναι καὶ μηκέτι ματαίαν ἐπάγεσθαι λύπην. Locus hic ſine dubio corruptus eſt, nec ullum praebet ſenſum, niſi ἀνὴρ mutetur in ἀνδρὸς, vel ἐστὶν in ἐπίσταται.

Ἐπεῖναι μέλειν] Μέλειν eſt menda principis editionis; Codex, μέλλειν, quod ORVILLIUS ſuſpicatus eſt.

Ἐπίγνωσκεν] Codex, ἐγίνωσκεν.

Ὅτι γένος μέν εἰσιν οὐκ ἀπὸ Διός] Γένος poſitum eſt pro κατὰ γένος et locus emendatione non indiget. PARTHENIUS, cap. IV, Οἰνώνη ... εἰς Κεβρῆνα, ὅθεν περ ἦν γένος, ἀπεχώρησεν.

Σπερχειοῦ] Ita codex. VERHEYKIUS iure relinquit Σπερχίου. PHILEMON et PHAVORINUS, Ἀλφειὸς διφθογγίζεται. τὰ γὰρ διὰ τοῦ ειος τρισύλλαβα ὀνόματα, ἐπὶ ποταμῶν, ὀξύτονα ὄντα, δίφθογγον ἔχει, οἷον Πηνειὸς, Σπερχειός. κεῖται ὀξύτονα, διὰ τὸ Μηνιὸς (leg. Μίνιος. STRAB. III, p. 230. POMP. MEL. III, 1.), ὅπερ διὰ τοῦ ῑ γράφεται, τρισύλλαβα δὲ, διὰ τὸ Σαγγάριος. Eadem regula occurrit in SUIDA, quem adduco, ut hic corrigatur. Ἀμνισός· ποταμὸς Κρήτης, διὰ τοῦ ῑ. Τὰ εἰς ος τρισύλλαβα ἐπὶ ποταμῶν ὀξύτονα, εἰ μὲν καθαρεύουσι, διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται· οἷον Ἀλφειὸς, Ἀλμειός (leg. Ὀλμειός. STRAB. IX, p. 624)· εἰ δὲ μὴ, διὰ τοῦ ῑ· οἷον Ἀμνισὸς, Κηφισσὸς, Ἰλισσός. Codex pariſienſis N°. 2551. addit: πρόσκειται ὀξύτονα, διὰ τὸ μηνιὸς (ſic, leg. Μίνιος)· τὸ δὲ Δαρδανειὸς (ſic), ὄνομα ποταμοῦ, καὶ ὑπὸ (leg. εἰ καὶ ὑπὲρ) τρεῖς συλλαβὰς, ἀλλ᾽ οὖν ὀξυνόμενον, ἠκολούθησε τὸ Ἀλφειός· πρόσκειται τρισύλλαβος (leg. τρισύλλαβα), διὰ τὸ Σαγγάριος.

Adnotatio de *Δαρδανειὸς* mihi falfa videtur. Verofimile eft, grammaticum erraffe, cum pro fubftantivo haberet adiectivum *Δαρδάνειος*, vel potius *Ἰαρδάνειος* (v. STURZII *fragm. Pherec.* p. 228.). Dixere *Ἰαρδάνης Ἰαρδάνειος*, ut *Χοάσπης Χοάσπειος*. In alio SUIDAE articulo legitur nomen fluvii *Ἀμνειός*. Habet ille: *Ἀμνειός· ὁ ποταμός· καὶ ὁ ἀμνός.* KUSTERUS vertit: *fluvius, item agnus.* Codex 2551 hunc locum ita habet: *Ἀμνειὸς, ὁ ποταμός· καὶ Ἀμνισσὸς, καὶ Ἄμνης, καὶ Ἀμνός.*

Τὰ γένεια κινεῖν] Codex correcte, *κινεῖ.*

Cap. XXIII. *Ἀπόλλωνα ἰδόντα*] Ita quoque codex. XYLANDER falfo *Ἀπόλλων ἀΐδοντα.*

Τὴν φυλακὴν ἀπώλεσαν] JACOBSIUS, exercitat., to. II, p. 89: „*Male legi puto φυλακὴν pro ὑλακὴν, latratu, quem edere non poterant, qui angina, τῇ κυνάγχῃ, laborabant.*" Coniectura maxime laudanda. EUDOCIA, p. 158. *οἱ κύνες ἔχουσί τι φύσει ὑλακτικὸν καὶ διακριτικόν.* Pro *φύσει ὑλακτικὸν* lege *φυλακτικόν.* Locus defcriptus eft e NONNO I, cap. 25.

Βοῦς ἄζυγας] PORSONUS *ad Medeam*, p. 93. f. „*Dicunt Attici fine discrimine, ἀμβλὼψ, ἀμβλωπὸς, γοργὼψ, γοργωπὸς, φλογὼψ, φλογωπὸς, ἀδμὴς, ἄδμητος, ἀζὺξ* (fcrib. *ἄζυξ*), *ἄζυγος, νεοζὺξ* (*νεόζυξ*), *νεόζυγος* (*quin et νεοζυγὴς*), *εὔκρας, εὔκρατος, et fimilia.*" PHRYNICHUS, *Προπαρασκ. Σοφιστ.* Ms., *Ἄζυξ· ὁ ἄζυγος, καὶ μόνον* (74), *καὶ ἔστιν κοινὸν ἀρ-*

---

(74) Vide de formula, *καὶ μόνον*, TOUPIUM, *emend. in Suid.*, vol. I, p. 274. f. et P. L. STRUCHTMEYERI *epiftolam critic.* p. 30.

ξενος καὶ θηλείας. Idem, Περίζυξ· ὁ ἄζυξ. Εὔπολις καὶ Ἀριστοφάνης. In uſu quoque eſt σύζυξ, σύζυγος et συζυγής. Nemes., *de nat. hom.*, cap. 42, p. 342, ἑκάστης καὶ ἑκάστου γνωριζόντων τὸν σύζυγον. Codex quidam pariſienſis σύζυγα.

Πελάσγων] Omnes editiones Πελάσγων; codex Πελασγῶν, quod multo correctius.

Ἐκ τῶν οἰκίων] Lege, quod codex habet, ἐκ τῶν οἰκείων.

Κλοπιμαίας] Κλοπημαίας male. Codex bis κλοπιμαίας. Aequo modo dicitur θνησιμαῖος, λαθριμαῖος (Henricus Stephanus, theſ. ling. gr., vol. IV, p. 1339), ἁρπαγιμαῖος. Phrynichus, Προπαρ. Σοφιστ. Ms. Ἁρπαγιμαῖος· τῶν χρησίμων ἐστὶν καὶ σπανίων ἡ φωνή. ὁ γὰρ δι' ἔρωτα ἢ δι' ἄλλην τινὰ πρόφασιν ἁρπασθεὶς, οὗτος ἂν ἁρπαγιμαῖος καλοῖτο. καὶ ἁρπαγιμαῖα πράγματα τὰ εἰς ἁρπαγὴν ἕτοιμα, καὶ τὰ ἁρπαζόμενα. Omnino non ſunt linguae graecae verba adiectiva in ημαιος. Quae in ιμαιος deſinunt, plerumque formantur e ſubſtantivis exeuntibus vel in η, v. c. ἐπιστολιμαῖος, ὑποβολιμαῖος, ὑποθηκιμαῖος, εὐχωλιμαῖος, πηγιμαῖος, ἀγχονιμαῖος (v. interpretes Moeridis p. 284.), vel in ος, v. c. νεκριμαῖος, τραχηλιμαῖος, ὀμβριμαῖος, φθοριμαῖος, μισθωσιμαῖος κ. τ. λ. Quaedam ex his in auctoribus recentiſſimis tantum occurrunt. Phrynichus Προπαρ. Σοφ. Ms. approbat quoque praeter verbum laudatum, συλλογιμαῖος in phraſi συλλογιμαῖος

Exemplis, quae laudant, addi poſſunt Suidas in voce ἀντεφιλοτιμοῦντο, et Scholiastes *Theocriti*, V, 6.

φορυτός· ἐπί τινος οὐδενὸς ἀξίου ἀνθρώπου, reiicit autem τὰ ἐνεχυριμαῖα pro τὰ ἐνέχυρα, *eclog.* p. 160.

Ἐν τῷ Πριῶνι] Duce codice reſtituendum eſt, Πρηῶνι.

Παροδευόντων] Sic quoque codex. Subintelligi poteſt ὑπὸ, quae non rara in ſcriptoribus atticis ellipſis. Aristophanes, Nubb., v. 1087, ἢν τοῦτο νικηθῇς ἐμοῦ. *Scholiaſtes:* Ἀντὶ τοῦ· εἰς τοῦτο νικηθῇς ὑπ᾽ ἐμοῦ. Phrynichus, Προπαρασκ. Σοφιστ. Ms., Ἀνδρὸς ἀγαθοῦ πεισθείς· λείπει, ἔθει Ἀττικῷ, ἡ ὑπὸ πρόθεσις. Sed auctor ſcripſit forſan παρ᾽ ὁδευόντων. Παρὰ pro ὑπὸ optime adhiberi poteſt cum verbo paſſivo, quod Munckerus probavit. Duae hae praepoſitiones ſaepe a librariis commiſtae ſunt. Achilles Tatius, l. VII, p. 413. παρὰ τοῦ Θερσάνδρου δεδιδαγμένος. Chion, *epiſtola* XVI, καί μοι πρῶτον παρ᾽ αὐτοῦ παρηγγέλθη. In utroque loco iſtorum auctorum codices, quorum mihi variae in manu ſunt lectiones, ſubſtituunt ὑπὸ pro παρά. Lucianus, vol. II, p. 887, ὁ μὲν χῶρος αὐτὸς . . . γυμνάσιον ὑφ᾽ ἡμῶν ὀνομάζεται. Aristaenetus, I, 26. παρ᾽ αὐτῶν κοσμουμένη. Mercerius ſine commodo ὑπ᾽ αὐτῶν κοσμουμένη proponit. Vid. II, 10, v. 2, et 18, v. 25. Heliodorus, l. VII, p. 304. προστεταγμένον τοῦτο παρὰ τῆς Ἀρσάκης. Pro παρὰ vel ὑπὸ invenimus eodem ſenſu πρὸς et ἐκ. Heliod., l. IX, p. 372, τὰ προστεταγμένα πρὸς τοῦ Ὑδάσπου ἔπραττον. Achilles Tatius, l. VI, p. 359. νεανίσκος, ᾧ προστεταγμένον ἐστὶν ἐξ ἐμοῦ. Aristaenetus, I, 15, κἀκ τῆς Ἀφροδίτης ἐπιστημότερον κο-

σμηθεῖσα. Vid. VALCKENAERIUS *ad Herodotum*, p. 587.

Cap. XXIV. *Καὶ αὐτὴν ὑπὸ πολλοῦ καύματος ὑποδέχεται Μίσμη*] Coniectura *αὔην* pro *αὐτὴν* ſagax quidem auctoris ingenium teſtatur; cuperem tamen vocem *αὐτὴν* non eſſe excluſam, quemcunque expleverit locum. Vid. ceterum WYTTENBACHIUS, *epiſt. crit.*, p. 251. *Αὖος* cum *ὑπὸ* legitur v. c. in ALCIPHRONE, III, 4, *αὖος ὑπὸ λιμοῦ καὶ αὐχμηρός.* III, 70, *ἐγὼ δὲ αὖος ὢν ὑπὸ τῆς τῶν ἀναγκαίων ἐνδείας.*

Ἐποίησε γέλωτα] Codex rectius, *ἐποιήσατο γέλωτα.* Cap. XXXII, *ἐπεὶ δ' ἡ Δρυόπη γέλωτα . . . καὶ παίγνιον ἐποιήσατο τὴν κλεμμύν.* Vid. CORAIUS *ad Heliod.* p. 200.

Ἐκέλευσεν] Secundum codicem reſtituendum eſt, *ἐκέλευε.* *Variatio temporum*, interpretes inquiunt, *frequens eſt Antonino.* Vid. quae dicentur ad PARTHENIUM cap. V.

Ὡς εἶχε] XYLANDER non reddidit haec verba, quae non ſemper intellecta ſunt in auctoribus veterum vertendis. Significant, *ſtatim, confeſtim, ſine mora.* Vid. DUKERUS *ad Thucydidem*, l. III, cap. 30, et LOCELLA *ad Xenoph. Epheſium*, p. 194 et 287.

Ὁ δὲ μεταλαβὼν, ἐγένετο ποικίλος ἐκ τοῦ σώματος ἀσκάλαβος] Neminem commentatorum haeſiſſe in voce *μεταλαβὼν*, et LENNEPIUM *ad Phalar.* p. 275. primum correxiſſe *μεταβαλὼν*, quam maxime miror. Cap. XI, *Πολύτεχνος δὲ μεταβαλὼν, ἐγένετο πελεκάν.* Cap. XXXII, *μεταβαλὼν ἀντὶ τῆς κλεμμύος ἐγένετο δράκων.* Duo iſta verba toties confunduntur, ut ineptum eſſet, plura exem-

pla adferre. In *tentamine critico de Platonis convivii textu* correctionem exhibui in cap. X Philebi eiusdem philosophi, *μεταλαβόντες* in *μεταβαλόντες* transmutans. Ultima vox re vera legitur in codice quodam parisiensi.

Ἀσκάλαβος] Codex ubique *ἀσκαλαβός*.

Cap. XXV. Μητιόχη] Sic per totum caput hoc nomen scribitur; titulus solus, margini codicis inscriptus, falso praebet Μητιχη *(sic)*. Eandem confusionem deprehendimus in nomine Μήτιχος, architecti τοῦ Μητιχείου, quod fuit una curiarum Athenis. Photius enim, *Lex. Ms.* et alii cum nominant Μητίοχον, et curiam Μητιοχεῖον. Vid. Albertus *ad Hesychium*, to. II, p. 598. Uti mihi liceat hac occasione ad emendanda quaedam aliorum veterum loca, ubi mentio de ista curia fit. Appellabatur Μητιχεῖον seu Μητίχου τέμενος. Hesychius, Μητίχου τέμενος· εἴη ἂν τὸ Μητιχεῖον δικαστήριον μέγα, ὃ προσεκλήθησαν δικασταί. Hic locus multo correctius exhibetur in proverbiorum collectione cod. N°. 1773. bibliothecae parisiensis: Μητίχου τέμενος· εἴη ἂν τὸ Μητιχεῖον δικαστήριον μέγα, ᾧ προσεκληρώθησαν χίλιοι δικασταί. *Lex. Rhet. Ms.* St. Germani: Τέμενος Μητιόχου· δικαστήριον ὀνομασθὲν ἀπὸ Μητιόχου ἀρχιτέκτονος ἢ ῥήτορος τῶν τὰ βέλτιστα συμβουλευσάντων. Ita corrigendus est Photius, ab Alberto laudatus, secundum hunc locum. Aliud curiae nomen fuit Μητίχου κάλλιον. Pollux, l. VIII, cap. X, p. 944, γνώριμα δικαστήρια, ἡ Ἡλιαία . . . τὸ Μητίχου κάλλιον, οὗ μνημονεύει Ἀνδροτίων. et paullo post, τὸ δὲ Μητίχου δικαστή-

ϱιον μέγα, οὕτω κληθὲν ἀπὸ ἀϱχιτέκτονος Μητίχου. Vox *κάλλιον* commentatores impedivit. Saepius eam explicare vel corrigere tentarunt, nemo autem verum invenit. Toupius, *emend. in Suid.* etc. to. IV, p. 378, *τὸ Μητίχου καλούμενον.* Perſuaſum mihi eſt, *κάλλιον* non eſſe mendoſum, ſed haud eſt comparativus vocis *καλός*; eſt ſubſtantivum, quod idem notat ac *τέμενος*. *Lex. Rhet. Ms.* habet haec: *Κάλλιον· λυπϱὸς ναὸς ἐξ αὐτοσχεδίου γενόμενος.* Neque tamen fieri non potuit, ut curia Metichi ſimpliciter diceretur *Κάλλιον*. Idem Lex. Rhet. Ms. haec continet: *Κάλλιον· δικαστήϱιον Ἀθήνησιν, οὕτω καλούμενον ἀπὸ τοῦ καλλύνειν καὶ κοσμεῖν καὶ λαμπϱύνειν. Ἄγϱαυλος γὰϱ ἱέϱεια πϱώτη γενομένη τοὺς θεοὺς ἐκόσμησεν. Πλυντήϱια δὲ καλεῖται διὰ τὸ μετὰ τὸν θάνατον* (Photius lex. v. *καλλυντήϱια* falſo legit *διὰ τὸν θάνατον*) *τῆς Ἀγϱαύλου ἐνὸς ἐνιαυτοῦ μὴ πλυθῆναι* (Photius lex. *ἐντὸς ἐνιαυτοῦ μὴ πλυνθῆναι*) *τὰς ἱεϱὰς ἐσθῆτας.* In Alciphronis epiſtolis, III, 29, ſecundum Bergleri correctionem legitur: *ἠγνόουν δὲ, ὅτι δεινὸς εἶ ῥήτωϱ, ὑπὲϱ τοὺς ἐν Μητιχείῳ τῶν ἀλλοτϱίων ἕνεκεν ἀδικομαχοῦντας.* Codices offerunt *ὑπὲϱ τοὺς ἐν Μηλίῳ κατὰ τῶν ἀλλοτϱίων ἕνεκεν ἀδικομαχοῦντας.* Non dubito, quin Bergleri emendatio ad ſenſum quidem bona ſit, ſed reſcindit *κατὰ*, quod quomodo in textum invito auctore immiſceri potuerit, non videbis. Nonne legere poſſumus *ἐν Μητίχου καλλίῳ*, quod idem eſt cum *ἐν Μητιχείῳ*. Librarium uſum eſſe compendio ſcribendi *Μητι*$^{\chi}$ *κα*$^{\lambda}$ ſuppono, unde

ſcripſerunt alii Μηλίῳ κατὰ, cum ſenſum non cepiſſent. Praeterea locus Alciphronis memorabilis eſt ob verbum ἀδικομαχεῖν rariſſimum (v. interpretes Pollucis, l. III, cap. 30, p. 340), cuius lexicographos Schneidero priores plane fugit cognitio. Hic (Vocabul. graeco-germanicum, to. II, p. 902) enumerat quoque ſubſtantivum ἀδικομαχία, quod obvium invenit in Aristotele, *elench. ſoph.* 11. Magnum *Lex. Rhet. Soph. St. Germani* hunc articulum offert: Ἀδικομάχους ἵππους· Ξενοφῶν τοὺς δυσπειθεῖς λέγει, καὶ δίκαιον ἅρμα τὸ εὐπειθές. Ruhnkenius (*ad Xenoph. Mem. Socr.*, IV, 4, 5.) an iure, an iniuria, mutare voluerit ἀδικομάχους in ἀδικογνάθους, haereo.

Δύο τοὺς Ἐριουνίους] Lege, uti codex, δύο τοὺς Ἐριουνίους θεούς. Articulus recte poſitus eſt. Pseudoplutarchus *de fluviis*, cap. XXIII, ſ. 1, ἐὰν θεοῖς ἀποτροπαίοις θύσῃ δύο τὰς εὐγενεστάτας παρθένους.

Εἰ δύο δυσὶν ἑκοῦσαι] Codex perperam, ἔχουσαι.

Γυνὴ θῆσσα] Xylander vertit *ancilla*. Scholiastes *Apollonii Rhodii*, I, 195, θῆσσα, ἡ δούλη· Ἀθηναῖοι δὲ καὶ τὰς πενιχρὰς γυναῖκας θήσσας λέγουσιν, ἀπὸ τοῦ θητεύειν ἐπὶ μισθῷ, διὰ τὸ ἐνδεεῖς εἶναι τῶν ἐπιτηδείων, καὶ ὥσπερ τῷ Κρὴς παράκειται (cod. pariſ. ἀντιπαράκειται) τὸ Κρῆσσα, οὕτω καὶ τὸ (l. τῷ) θὴς θῆσσα. Herodian. *epimer. mſſ.* Θής, ὁ μίσθαρνος, καὶ κλίνεται θητός· θῆσσα, ἡ μισθάρνισσα. Cum voces μίσθαρνος et μισθάρνισσα lexicographi non noverint, hunc locum adduxi.

Ὡς ἐπύθοντο παρὰ τὸν ἱστὸν, ἑκοῦσαι] Notio vocis ἑκοῦσαι bis redit in hoc capite, et editores eam

hic

hic etiam repetunt. Codex, παρὰ τὸν ἱστὸν ἔχουσαι, τὸν ὑπὲρ αὐτῶν (*sic*) θάνατον ἐδέξαντο. Ἔχουσαι mihi non videtur corruptum, sed loco παρὰ auctorem scripsisse περὶ opinor. Ἔχω περὶ seu ἀμφί τι significat, *versor circa aliquid, res quaedam occupatum me habet*, et περὶ τὸν ἱστὸν ἔχειν synonymon est verbi ἱστουργεῖν. Aelianus, *Var. hist.* III, 42, καὶ αἱ μὲν περὶ τοὺς ἱστοὺς εἶχον. Lucianus, *Prometheo*, vol. I, p. 189, ἀμφὶ τὴν κάμινον ἔχω τὰ πολλά. *Fugit.* vol. III, p. 371, περὶ πλυνοὺς ἔχειν ἢ ἔρια ξαίνειν. Vid. Reitzius *in Lucianum*, vol. II, p. 847.

Τὸν ὑπὲρ αὐτῶν θάνατον] Legendum est, uti Valckenaerius coniecit, ὑπὲρ ἀστῶν. Jacobsius, *animadv. in Eurip. trag.*, p. 25 s. alia, quae eandem demonstrant confusionem, exempla collegit.

Ἀνήῤῥηξαν τὴν σφαγήν] Ἀνήῤῥηξαν error typographicus est in editionibus Munckeri et Verheykii. Codex et Xylander ἀνέῤῥηξαν. Voces σφαγὴ et κλεὶς synonymae sunt. Graeci medii aevi dicebant λάκκος. Vid. Ducangius, *gloss.*, p. 785, et Toupius, *cur. poster. in Theocrit.*, p. 11. Restituenda est vox κλεὶς Phavorino, v. λέων· ἄλλοι δὲ, Ἡρακλείδην εἶναι τὸν Αἴαντα. Secundum Tzetzen, *ad Lycophr.* v. 455, lege: ἄλλοι δὲ φασιν, ὑπὸ τὴν κλεῖδα εἶναι τρωτὸν τὸν Αἴαντα. Eadem corruptione laborat Eudocia in voce Τελαμὼν, p. 392.

Ὀρχομενῷ] Idem codex. Omnes ante Verheykium curatae editiones falso legunt Ὀρχομένῳ. Verbum Ὀρχομενὸς iis addi potest, de quibus Eu-

STATHIUS haec monet (ad Iliad. Φ, p. 1228, v. 19 ſqq.): „Ἀκεσσαμενὸς ὡς κύριον ὀξύνεται πρὸς διαστολὴν τῆς μετοχῆς, ὥσπερ καὶ τὸ Σωζομενὸς καὶ Τισαμενὸς, ὧν ὁ μὲν ἱστορικὸς, ὁ δὲ υἱὸς Ὀρέστου τοῦ Ἀτρείδου· τοιούτου δὲ τόνου καὶ Ἀλεξαμενὸς, Τήϊος ἀνὴρ, εὑρετής φασι τοῦ μιμητικῶς γράφειν. Διὰ τοιαύτην δὲ αἰτίαν καὶ αἱ Κλαζομεναὶ ἡ πόλις ὀξύνεται, καὶ ἡ δεξαμενὴ δὲ, καὶ ἡ εἰαμενή.“ Eundem locum dant PHILEMON et PHAVORINUS. Medici, de quo ſermo eſt interdum in dialogis PLATONIS, (v. VALCKENAERIUS *ad Xenoph. Mem. Socr.*, III, 13, 1.) nomen Ἀκουμενὸς accentu gravi inſtruitur, nec ſcribendum eſt Ἀκούμενος. Vid. REIZIUS *de proſod. gr. acc. inclin.* p. 117.

Haud alienum erit hac occaſione adducere, quoad accentuum distributionem nominum propriorum in ης, locum PHAVORINI (v. μεγασθενὴς) e magno lexico petitum, cuius HERMANNUS particulam quandam luci dedit (de emend. rat. gr. gr. p. 555—591.). Qui locus regulam exponit, quae ſaepius ab editoribus noſtri aevi, accentus recte diſpenſandos iuſto minus curantibus, neglecta eſt: »Τὰ παρὰ τὸ σθένος καὶ τὸ γένος σύνθετα ὀνόματα, κύρια μὲν ὄντα, παροξύνεται· οἷον Δημοσθένης, Ἀντισθένης, Διογένης, Θεαγένης. ἐπίθετα δὲ ὀνόματα ὀξύνεται· οἷον μεγασθενὴς, ἀσθενὴς, μονογενὴς, εὐγενής. Κατὰ ταυτὰ καὶ Ἀριστοφάνης καὶ Μητροφάνης παροξύνεται, κύρια ὄντα· ἀφανὴς δὲ καὶ διαφανὴς καὶ προφανὴς ὀξύνεται, ἐπιθετικῶς λεγόμενα. τὰ δὲ εἰς ος, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι, πάντα προπαροξύνεται, εἴτε κύριά εἰσιν, εἴτε ἐπίθετα, οἷον ἄφαντος, πρόφαντος, Δι-

φαντος.« Grammaticus quod de compositis in σθενης, γενης et φανης contendit, de omnibus compositis in ης, accentum in ultima ferentibus, valet. Scribitur ἐντελὴς, εὐτελὴς, et Ἀριστοτέλης, Πραξιτέλης (Μεγαλοτελεῖ in editionibus ALCIPHRONIS III, 36, perperam), ἱεροπρεπὴς, νεαροπρεπὴς (ARISTIDES, to. II, p. 527) et Λεωπρέπης, ταχυπειθὴς, ἑτοιμοπειθὴς (sic leg. pro voce nihili ἑτοιλοπείθης in lexico περὶ πνευμάτων p. 219.) et Εὐπείθης, Ξενοπείθης (ARISTAEN. I, 17. PHALAR. ep. 83, ubi v. *Lennepius*) κ. τ. λ. Omnino si adiectivum, cui accentus in ultima syllaba est, loco nominis proprii adhibetur, hic mutari solet. Scribitur λαμπρὸς et Λάμπρος (ANTON. LIB. cap. 17.), λευκὸς et Λεῦκος (v. PHAVORINUS), ξανθὸς et Ξάνθος κ. τ. λ. Notanda praeterea sunt, quae SCHOLIASTES *Gregorii Nazianzeni* (*in Julian. stelit.* p. 79. *ed. Montagu*) dicit: στρόμβων· ἐν ἄλλῳ στρομβῶν περισπωμένως· τὰ δὲ τοιαῦτά φησιν ὁ κανὼν, ὅτι, εἰ μὲν προσηγορικοὶ εἶεν, βαρύνονται, εἰ δὲ ἐπίθετα, ὀξύνονται· στρόμβος, στρομβός· ἐπιστατέον οὖν τῇ λέξει, πῶς νοεῖται.

Cap. XXVI. Ἱστορεῖ Νίκανδρος ἑτεροιουμένων δ] MUNCKERUS secundum SCHOLIASTEN *Apollonii Rhodii* I, 1236. ἑτεροιουμένων β corrigit, quod a TEUCHERO in textum receptum est. Ab altera parte RUTGERSIUS *var. lectt.* p. 189. in scholiasta Apollonii Rhodii legere mavult ἐν τετάρτῳ quam ἐν τῷ δευτέρῳ. Huius auctoris codex N°. 2727 a verbis impressis non recedit.

Συνεπήγετο μεθ' αὐτοῦ καὶ Ὕλαν] Dicebant veteres συνεπήγετο αὐτῷ et μεθ' αὐτοῦ. Et hoc et

illud aequa virtute. Plato, *Republica*, l. IV, (vol. VI. p. 332, *ed. bipont.*) *συμπολεμήσαντες μεθ' ἡμῶν.* Lucianus, vol. III, p. 280, *συνέπιε μεθ' ἡμῶν.* Praeterea vid. p. 293, 301 et 335, et Brunckius *ad Aristoph. fragm.* vol. III, p. 225. Alciphron, l. III, ep. 28, *πλὴν τοῦ συγκαθεύδειν μετὰ σοῦ.* Wagnerus in nota, *Cod. Vind. B.*, inquit, *σοὶ συγκαθεύδειν, omissis postea μετὰ σοῦ. Idem voluit Gloss. Eichstad., vel καθεύδειν sine σύν. Recte, sic enim pleonasmus vulgatae συγκαθεύδειν μετὰ σοῦ tollitur.* Pleonasmus vero nihil offendit. Optimi, qui Parisiis sunt, codices et ipsi habent *μετὰ σοῦ*; textus, qualem Berglerus dedit, non est mutandus (75). Lucianus, vol. III, p. 284, *ἀλλ' οὐδὲ τῆς νυκτὸς, οἷ-*

---

(75) Textus Wagnerianus omnino multa relinquit desideranda. Wagnerus enim non solum nescivit praestantium codicum parisiensium varias lectiones, sed ne ex vindobonensibus quidem omnes, quos potuit, fructus percepit. Cum nihil contendi debeat, quod non item probetur, iam hic disquiram epistolam vigesimam octavam, cuius initia laudavi, et quae nunc forte in manus incidit. Textus hic est: Οὐδὲ *ἐπὶ τοῖς θάμνοις ἐκρυπτόμην.* Bergleri coniectura, *ὑπὸ τ. θ.* recipi meretur; codicibus parisiensibus confirmatur. — Ἄκουε, *λέγω σοι ἀναφανδόν.* Wagnerus ait: „*Cod. Vind. B.*, *ἄκουε λέγουσ' ἀναφανδὸν, quod in λέγω σοι refinxi.*" Non mala correctio, sed legendum est secundum codd. parisienses, *ἄκουε λεγούσης ἀναφανδόν.* Aristaenetus, l. II, 13, *εἴ σοι φίλον ἁπλῶς ὁμολογούσης ἀκοῦσαι.* — Πάντα *γάρ μου περιαιρεῖ φόβον ἡ πρὸς τὸ τελευτᾶν ὁρμή.* Codex Vindob. *πάντα γὰρ ὁμοῦ*, quod multo melius. Πᾶς *ὁμοῦ* formula loquendi notissima est; vel elegantia quadam locum nostrum ornat. — *Βδελυττομένη τὸ βάρος τοῦ σώματος, καὶ ὥσπερ τι κίναδος ἐκτρεπομένη.* Wagnerus: „*Idem liber δάσος. Utrum horum a manu Alciphronis sit, difficile est iudicatu.*" Immo facillimum. Quia auctor addit *ὥσπερ τι κίναδος*, lectionem *δάσος* veram esse, manifestum est. Corpus villosissimum non paucos homines horrore afficit. Bene cum hominibus ampli corporis agitur, quod corpus crassum non idem est et grave. Substantivum *δάσος* haud est vulgatissimum. Hesychius, Χλάνος· *τὸ περὶ τοὺς τραχήλους δάσος.* Alius Hesychii articulus exhibet, Δασέως· *πυκνῶς.* E *Supplementis* Schowii, p. 203, apertum sit, *πυκνῶς* primi editoris esse correctionem. Codex: *δασέως· πυκνώσεως.* Lexicographus fortasse scripsit: Δάσεος· *πυκνώσεως.* — Τὴν *δυσοσμίαν ἐκπέμποντος.* De

μαι, συνεκάθευδες. Codices Vaticani addunt *μετ' αὐτοῦ*. *Ibid.* p. 292, *μετὰ μειρακίου μὲν ὡραίου γενομένη*, codex N°. 87. ultimum verbum in *συγκαθευδήσασα* mutat, quod nihil aliud eſt, quam gloſſa. Adnoto praeterea, apud *Platonem* ſaepiſſime occurrere phraſin, *συνεῖναι μετά τινος.* Vid. e. c. *convivium*, cap. XVIII, *μετὰ δὲ νέων ἀεὶ ξύνεστί τε καὶ ἔστιν.* Laudo hunc locum, ut oſtendam, me repudiare coniecturam *μετὰ δὲ νέων ξύνεστί τε καὶ ἀεὶ ἔστιν*, quam propoſui in *tentamine de Platonis convivii textu critico*, p. 56. Quodammodo inutilis eſt, quod e Plutarcho cernitur, quem laudat Wyttenbachius (de ſera num. vind. p. 56), *παρ' αὐτῇ καὶ μετ' αὐτῆς ὄντα καὶ συνόντα.*

Κήϋκος] Verheykius affert Scholiasten *Apollonii Rhodii* I, 151. et *Δρύοπος* corrigit pro *Τρύοπος.*

---

hac phraſi vid. Koenius ad *Gregorium*, p. 265, et add. Suidas in voce Μαξιμῖνος. — *Βάδιζε παρά τινα λημῶσαν.* Editio Bergleri *λῃροῦσαν.* Wagnerus merito antepoſuit *λημῶσαν.* Datam hanc arripio occaſionem locum collectionis proverbiorum, cui nomen eſt *Vatic. Appendicis*, III, 66, reſtaurandi: *Λημᾷν χύτραις ἢ κολοκύνταις· ἐπὶ τῶν ἄγαν ἀμβλυωπούντων. ἀποσκώπτουσι δὲ αὐτὰ . . . καὶ ἰσαζούσας χύτραις.* Ita editio Andr. Schotti. Codex pariſienſis, N°. 1773 lacunam ſequenti modo explet: *ἀποσκώπτουσι γὰρ αὐτοὺς ὡς ἔχοντας λήμας μεγάλας καὶ ἰσαζούσας χύτραις.* — *Γραῦν ἐπὶ ἑνὶ γομφίῳ σαλεύουσαν.* Verſio latina data eſt haec: *Cui unus dens molaris reſiduus male haeret.* Nemo nobis perſuadere velit, eſſe verſionem verborum graecorum. *Σαλεύειν ἐπί τινι* (attendas in caſum tertium) notat *fretum eſſe aliqua re, ſpem in aliqua re ponere.* Vid. Suidas in vocc. *σαλεύει* et *ἐσάλευε.* Auctor loquitur de vetula, *cui non aliud eſt ſolatium, quam unus dens, quae valde laetatur, quod unus ſibi adhuc reſtat dens.* Hoc morum lineamentum veroſimiliter vetus comoedia praeſtitit. In memoriam mihi revocat id, quod ſaepius audivi in comoedia franco-gallica, cui titulus eſt: *Surdus ſive taberna plena. (Sourd ou l'auberge pleine): „C'étoit une bien belle femme que ma tante. Elle n'avoit qu'une dent, mais elle étoit d'une beauté, d'une longueur ....“* — *Τῷ τῆς πίττης ἐλαίῳ.* Omnes pariſienſes codices cum vindobonenſi legunt *τῷ ἐκ τῆς π. ἐλ.* quae lectio textui inferenda eſt.

Codex parif., N°. 2727. hanc coniecturam approbat.

Ἐκτόπως νέον δὲ καὶ καλόν] Codex ἰτυποσ' (*fic et fine accentu*). Lineolae, quas fupra litteram ῑ et poft σ̄ fcriptas videmus, figna funt, quibus librarius indicat, reiicienda effe, quae intercludunt. Vox ἐκτόπως a Munckero primum propofita et a Ruhnkenio recepta minime fuit coniectura nimis quaefita, quod contendit criticus ille Λκ (Λύκος) in *ephem. litt. Ien.*, cuius fermo arrogantiae plenus *Wolfium* facile prodit. Contra fua ipfius natura fe offert et commendat, atque auctor voce ifta quavis data occafione utitur. Vid. quoque Conon, cap. XI, ὑπὲρ Ὕλλου τοῦ παιδὸς, ὃν κομιδῇ νέον κατὰ τὴν ὁδὸν συνεπήγετο. Philostratus *Her.* p. 108. τὸν Ὕλλαν τε καὶ τὸν Ἄβδηρον. οἱ μὲν γὰρ παιδάρια ἦσαν, καὶ κομιδῇ νήπιοι. Toupius *emend. in Suid.*, etc. vol. IV, p. 170, τεθηπὼς proponit pro ἐκτόπως. Quam vero coniecturam aeque puto malam ac *Tollianam* in *Ariftaeneto*, I, 22, φθέγγεται ταπεινόν τε καὶ σκυθρωπὸν καὶ τεχνηκῶς ἀθυμίᾳ. Mutat τεχνηκῶς in τεθηπώς; legendum vero eft cum Wyttenbachio, *epift. crit.*, p. 268, τεθνηκός. Libanius, vol. IV, p. 632 f. οὐχ ὁρᾶτε, ὡς ἀσθενὲς φθέγγομαι καὶ ἀπολωλός; Τεχνικὸς et τεθνηκὸς in aliis quoque auctoribus commixta funt, v. c. in Aeliano, *N. A.*, I, 15, ubi codex Vaticani, N°. 997 ἰδὼν τεχνικὸς exhibet, quamvis editiones correcte legunt ἰδὼν τεθνηκός.

Κρωσσόν] Sic legendum eft, nec κρωσὸν vel χρωσόν. Hoc princeps editio, illud codex nofter.

Πλεῖστα ποιησάμενος] Magis consuetum est dicere *πάντα ποιεῖν, πάντα πράττειν.* Vid. Barthius, advers., l. XXIII, cap. 21. Eunapius, p. 78, ὁ μὲν Μάξιμος ἐπέμεινεν, ἅπαντα πράττων, ἔστε ἔτυχεν ὧν ἐβούλετο. Libanius *pro Olympio*, in *Anecdotis graecis Siebenkeesii*, p. 81, οἱ μὲν ὄντες αὐτῷ φίλοι παρὰ τῶν οὐκ ὄντων ἐζηλοῦντο, οἱ δὲ οὐκ ὄντες ἔσονται, πάντα ἐποίουν. Addendum est ante ἔσονται, ὅπως, ἔστε aliave eiusmodi vox. Plato, *Phaedro*, p. 270. *ed. Heindorfianae*, πᾶν ποιοῦσιν, ὅπως τοιοῦτος ἔσται. Synesius in epistola IV. πάντα δρῶσιν, ἔστ' ἂν τὰς ἀγκάλας διερευνήσωνται. Non est ex mea opinione alius liber graecus, qui magis mereatur cum *stabulo Augiae* comparari, quam *Anecdota graeca* modo memorata. Ibi in singulo interdum folio triginta offendunt mendae, quae non solum ab antiquis librariis, et forsan quoque a Siebenkeesio manant, sed omnino ab inepto typographo, quem *Goezius* adhibuit. Pagina, cuius antea mentionem feci, inter alia haec habet: Ὁ αὐτὸς οὖν ἄνθρωπος καὶ πονηρὸς καὶ χρηστὸς, καὶ θεοῖς ἐχθρὸς, καὶ στεφάνων ἄξιος καὶ τιμωρίας. Siebenkeesius post vocem ἐχθρὸς supplendum esse καὶ εὐσεβὴς putat. Antithesis rei magis foret adaptata, si auctor scripsisset, καὶ θεοῖς ἐχθρὸς καὶ φίλος, quam phrasin saepius obviam invenimus in Libanii scriptis, v. c. vol. IV, p. 49. κατὰ στρατηγοῦ μεθύειν, καὶ τούτου φίλου τοῖς θεοῖς, καὶ κυρίου (suppl. τοῦ) τὰς ναῦς εἶναί τε καὶ διεφθάρθαι.

Cap. XXVII. Προσεσήμαινον] Codex προεσήμαινον, quod suspicatus est Valckenaerius.

Οἱ ἀριστεῖς οὐ προσέβλεψαν] Legendum eſt, uti codex exhibet, οἱ μὲν ἀριστεῖς κ. τ. λ.

Ἔτρεψαν ἄλλῃ τὰς ὄψεις] H. e. ἄλλῃ vel ἄλλοσε ἔβλεψαν. Poſterior formula interdum apud PLATONEM occurrit. HEINDORFIUS V. Cl. *in Charmide*, p. 59, imprimi iuſſit, ἀλλ᾽ ἐγὼ καὶ τοῖς παισὶ προσέσχον τὸν νοῦν, ὡς οὐδεὶς εἰς ἄλλον ἔβλεπεν αὐτῶν, οὐδ᾽ ὅστις σμικρότατος ἦν, ἀλλὰ πάντες ὥσπερ ἄγαλμα ἐθεῶντο αὐτόν. In nota: „*Vulgo*, inquit, *abeſt* εἰς, *quod de meo inſerere non dubitavi.*" Sed vereor, ne peritus hic editor feſtinatius coniecturam ſuam in textum receperit. Quidam codices habent οὐδεὶς ἄλλος ἔβλεπεν, unde auctorem ἄλλοσ᾽ ſive ἄλλοσε ἔβλεπεν ſcripſiſſe credo. Voces ἄλλος et ἄλλοσε in antiquis codicibus ſaepe commixtae ſunt, uti ἑτέρως et ἑτέρωσε. Vid. v. c. DIO CHRYSOST. vol. II, p. 15, *ed. Reiskii*, ABRESCHIUS, *lect. Ariſtaen.* p. 27, et HEINDORFIUS ipſe, *ſpecim. correct. in Platon.*, p. 29.

Αὐτὴν * δοσταυροπόλου] Aſteriſcus a XYLANDRO in textum miſſus mendam, nec lacunam, indicat. Inde qui plures voces interſerere voluerunt, in errore verſabantur. Codex αὐτὴν δ᾽ οσταυροπόλου (*ſic*), cuius in locum GALEUS et LUCAS HOLSTENIUS, *not. poſthum. in Steph. Byzant.*, p. 315, optime ſubſtituunt αὐτὴν δὲ Ταυροπόλον, ſubintelligentes ἐκάλεσε. SUIDAS vocis Ταυροπόλος miram perhibet derivationem, dicens: Ταυροπόλον, τὴν Ἄρτεμιν, ὅτι ὡς ταῦρος περίεισι πάντα. Vid. HEYNIUS, *fragm. Apollod.*, vol. I, p. 402, et PHAVORINUS, qui transſcripſit PHILEMONEM.

Κατὰ δὲ χρόνον ἱκνούμενον] Codex perperam *ἱκούμενον*. Conſuli poteſt de hac phraſi Henr. Stephani *vocab. ion. Herod.*, *ad vocem ἱκνεομένως*, et Koenius *in Gregorium*, p. 257.

Ὠνόμασεν ἀντὶ τῆς Ἰφιγενείας Ὀρειλοχίαν] Codex *ὀρ^{σι}ειλοχίαν* (*ſic*) et in conſpectu capitum diſtincte *ὀρσιλόχην*. Aliquando *Ὀρσιλοχίαν* recipiendum erit in textum. Ammianus Marcellinus, XXII, 8, p. 341, *ed. Valeſii*, *immolantes advenas Dianae, quae apud eos dicitur Oreiloche.* Ultima lectio Valesii coniectura eſt, loco noſtri auctoris, quemadmodum in editione Xylandri legitur, decepti. Iam reſtitui debet ducibus codice ceterisque editionibus, Orsiloche.

Cap. XXVIII. *Τυφὰν*] Codex ubique *Τυφῶν*.

Χεῖρες] Codex, *χέρες*.

Ἄρτεμις δὲ αἴλουρος] Proximam vocem Munckerus e coniectura recepit. Codex, *σίλουρος*, et capitum tabula, *^{σι}αἴλουρον*.

Μυγάλῃ] Iure *μυγαλῇ* emendavere. Codex *μυγαλη* (*ſic*), et in tabula capitum *μυγαλην*, accentu deficiente. *Μυγάλη* quoque in Sext. Empirico, p. 248, *ed. Fabricii*, legitur. Lucianus, vol. II, p. 759, *μυῶν πλῆθος ἢ μυγαλῶν*. Scholiaſtes mſ. quidam ad proximam vocem haec: *οὓς ἰδιωτικῶς φασι λαγογέρους*, leg. *λαγογήρους*.

Ἐπεὶ δέ] Vid. quae dicta ſunt ad caput XI.

Ζεὺς δὲ οὐκ ἀνίησι, ἀλλὰ μέγιστον ὄρος ἐπιβάλλει Τυφῶνι τὴν Αἴτνην] Legendum eſt, uti in codice haec inveniuntur, *Ζεὺς δ' οὐκ ἀνίησιν, ἀλλ', ὃ μέγιστον ὄρος,*

ἐπιβ. κ. τ. λ. XYLANDER non ſatis accuratus fuit in reddenda voce ἀνίησι per *dimittere.* Hic verbum hoc ſignificatione neutra notat *ceſſare*, *remittere.* Vid. EICHSTADIUS, V. Cl. *quaeſt. phil. ſpecim.*, p. 26 ſ. AELIANUS, *N. A.*, l. VIII, cap. 1, ὁ δὲ ὡς ἐξ ἀρχῆς ἐνέφυ, εἴχετο καὶ οὐκ ἀνίει. SUIDAS in voce Συριανὸς, πάντα τὰ τῶν παλαιῶν ἐξετάζων οὐκ ἀνίει. ALCIPHRON, III, 21. οὐ πρότερον ἀνήσει πάντα μηχανώμενος. Vid. de hoc loco TOUPIUS *ad Theocrit.*, vol. II, p. 389.

Καὶ αὐτῷ φύλακα τὸν Ἥφαιστον ἐφίστησιν] Hic loquendi modus reſtituendus eſt auctori anonymo *de incredibilibus*, in GALEI *opuſc. myth.* p. 91. καὶ ἐν φρουρᾷ εἶχεν αὐτὴν (τὴν Ἰὼ), φυλάξαι ἐπιστήσας αὐτὴν τὸν τῆς μητρὸς ἀδελφὸν Ἄργον. LEO ALLATIUS profecto non magno acumine eruit compendia ſcribendi codicis no. 305. Vaticani. In hoc eſt φύλακα ἐπιστήσας αὐτῇ τὸν κ. τ. λ.

Cap. XXIX. Ἑταιρὶς] Ita MUNCKERUS emendavit. Codex et prima editio ἑταίρισα exhibent.

Μοῖραι καὶ Εἰλείθυια] Conſ. de Parcarum et Ilithyiae coniunctione nota BOETTIGERI docta in ipſius diſſertatione, cui eſt titulus: *Ilithyia ſive maga, Vimariae*, 1799, p. 18 ſ.

Αἱ δὲ ἐκείνων τιμαὶ καταλέλυνται] Idem BOETTIGERI libellus (p. 34 ſ.) de textu huius capitis duas profert coniecturas. En verba clariſſimi archaeologi ipſa: »Verbis αἱ δὲ ἐκείνων τιμαὶ καταλέλυνται »nullus plane ſenſus eſt. Neque BERKELIUS, neque »VERHEYKIUS ea explicavere. Conieci, legendum »eſſe φαρμακεῖαι, vocem, cui conveniret verbum

»καταλύεσθαι, quo bene et proprie exprimitur »*finem facere fascinationi.* PLATO (de leg. XI, to. »IX, p. 165.) iungit φαρμακείας ([76]) et καταδέσεις; accedit quod Thebani magas nominaverint φαρμακίδας. PAUSANIAS, l. IX, cap. II (vol. III, p. 34). Non »liquet autem, qui confundere potuerint librarii »φαρμακεῖαι cum τιμαί. Equidem λύμαι offero. »HESYCHIUS et SUIDAS hanc vocem per βλάβαι, »φθοραὶ explicant. Praecipue illa dicitur de doloribus, quibus corpus afficitur, EURIPIDES, *Heracl.* »v. 471, de tempestate dura, LUCIANUS, *de gymnas.*, »cap. 26, et de ipsis magi fascinationibus, APOLLODORUS, vol. I. p. 236. Rara vox λύμαι facile in »τιμαὶ mutari potuit. Vid. HEMSTERHUSIUS *in* »*Lennepii Etym.*, p. 518. — Postea pro τῆς Γαλινθιάδος, (codex Γαλινθίδος), ἀφείλοντο τὴν κορείαν, »legi delere χορείαν censeo. Quid enim hac »phrasi intelligitur: *Illae Galanthida virginitate* »*privarunt*, quemadmodum SCHNEIDERUS quoque »ipse eam explicat in lexico suo ad vocem κορεία? »Supponendum esset, Ilithyiam et Parcas *Lucinae* »*sine concubitu* munere functas esse, de qua recentiores scriptores miras referunt res. Locus, ὅτι »θνητὴ τὰς θεὰς ἐξηπάτησεν, evidenter vocem »postulat, qua *gaudium, laetitia* declaretur, atque »etiam OVIDIUS eodem modo dicat:

„Numine decepto risisse Galanthida fama est,

---

(76) Textus μαγγανείας. Ceterum saepe iuncta occurrunt κατάδεσμοι et φάρμακα. Vid. TOUPIUS, *cur. poster. in Theocr.* p. 6 .

»vox *χορεία* apta videatur, quae notat *laetitiam,* »*cantum saltationemque iuncta*, uti probavit Mus-»GRAVIUS *ad Euripidem* (*Herc. fur.*, v. 1025.).« Boettigerus mihi amicissimus neque hanc neque illam earum, quas proposuit coniecturas, recipiendi veniam mihi dabit. Dici posse *καταλύειν Φαρμακείας,* consentio; mutationis vero vocis *Φαρμακείας* in *τιμὰς* non bene intelligi potest ratio. De voce *λύμας*, valde gavisus essem, si BOETTIGERUS phrasin *λύμας καταλύειν* probasset. Quam textus habet, *καταλύειν τιμὰς,* occurrit e. c. in ANTONIN. LIBERAL. cap. III, p. 20. *Ποσειδῶν μηνίσας, ἐπεὶ κατέλυεν αὐτοῦ τὰς τιμὰς* (*ob suos ab eo honores diminutos*), in STOBAEO, serm. CXXIII, p. 618, *τοὺς ταῖς τιμαῖς τῶν θεῶν καταλυομέναις βοηθήσαντας, πλείστης εὐδαιμονίας* (RUHNKENIUS, *hist. crit. orat. gr.*, p. LXIX, corrigit *κηδεμονίας*) *ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τυγχάνειν,* et in LIBANIO, vol. IV, p. 260, *ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ τοῦτο ποιῶν· ἐγὼ καταλύω τιμὴν κρατοῦσαν.* Idem fere notat phrasis *τιμὰς ἀφανίζειν.* PLATO, (*symposium*, cap. XV), *αἱ τιμαὶ γὰρ αὐτοῖς καὶ τὰ ἱερὰ τὰ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἠφανίζετο.* *Τιμαὶ* interdum respondet latino *honores*, quemadmodum est apud VIRGILIUM, *meritos aris mactavit honores.* Vid. DESID. HERALDI *animad. in Iamblichum*, p. 158. Sensus loci Antonini is est, quem reddidit XYLANDER. »Galanthis ad Parcas »et Ilithyiam festinat annuntiatura, Alcmenen ex »voluntate Iovis filium genuisse, et honores eos, qui »hucusque ipsi praestabantur, esse *perditos* i. e. *de* »*cultu eius actum esse,* non amplius ipsi oblatum iri

»sacrificia.« Vox *κορεία* mihi quidem non minus iusta videtur; sed non transferendum est *virginitate privare;* significat potius, privare facultate gignendi, uti feminae solent (77). Ita vocis significationem accipiendam esse adparet e sequentibus: »In mustelam »illam transmutarunt, eiusque appropinquationem »molestam reddiderunt. Haecce bestia per aures »concipit et ore edit foetus.« Conf. quae dicta sunt ab ipso BOETTIGERO, p. 40 s. dissertationis. Ἀφελέσθαι τὴν κορείαν idem est, quod ἀφελέσθαι τὰς ὄψεις cap. V, p. 52 et 54. Phrasis ἀφελέσθαι τὴν χορείαν, a BOETTIGERO proposita, est obscura. Valde etiam dubito eam esse graecam.

Ὠτῶν] Scribendum est ὤτων secundum codicem et primam editionem.

Τὴν χάριν ἐμνημόνευσε] Hoc est, Hercules in memoriam revocavit, non oblitus est munus, quo Galanthis ipsum demeruerat. Vid. LENNEPIUS *ad Phal.* p. 153. MUNCKERUS loco non satis apto laudat phrasin χάριν εἰδεῖν, *gratias habere.* Quia vero laudavit, ego hac occasione utor ad notandum, Graecos pro χάριν εἰδεῖν (vel potius εἰδέναι) dixisse quoque χάριν γινώσκειν. XENOPHON EPHESIUS, l. III, cap. 5, καὶ πολλὴν γνοῦσα χάριν, αὐτὸν ἀποπέμπει. LOCELLAE aliud istius loquendi modi non innotuit exemplum. Plura autem invenire potuisset in PHI-

---

(77) Haec significatio praeterea eo est aptior, quo saepius κόρη, itemque παρθένος, et in lingua latina *puella* et *virgo* adhibentur ad significandam *feminam.* Vid. doctus VILLOISONUS *in Apollonium*, p. 642. Eodem modo notat ἀνδρεία sive ἄνδρια *statum virilem*, *virilitatem* Vid. RIGALTIUS *in Artemidorum*, p. 19, et VALCKENAERIUS *in Hippol.* p. 221. C.

LOSTRATO, *vita Apollonii* II, 17, p. 68. χάριν ἂν γνῶναι, et ubivis apud CHARITONEM, l. III, p. 57, l. 16. *ed. Beckii*, χάριν γνῶναι; p. 60, l. 10, χάριν γνῶ; p. 78, l. 3, γινώσκω τὴν χάριν; l. VIII, p. 182, l. 20, χάριν γνῶ. Vid. praeterea VILLOISONUS, *Anecd. gr.*, vol. II, p. 80, l. 23. Omnino XENOPHONTIS EPHESII et CHARITONIS oratio ſimillima eſt, et LOCELLA non ſatis uſus eſt hoc ad auctorem ſuum explicandum (78). ORVILLII modo notas legere mos eſt, neque in Charitonem ſingularem impendere attentionem, qui re vera eam non magnam meretur. Vtitur vero Chariton etiam phraſi χάριν ἐπίστασθαι, l. III, p. 69, v. 22, et l. VIII, p. 183, v. 5.

Πρὸ Ἡρακλέους ἑορτῇ θύουσι Γαλανθιάδι πρώτῃ] Quam PERIZONIUS dedit horum verborum, quae non aliter leguntur in codice, explicatio mihi parum naturalis videtur. Secundum meam ſententiam legendum eſt pro ἑορτῇ ἑορτῆς, atque XYLANDER optime transtulit, *ante ferias Herculis, pri-*

(78) Editio LOCELLAE, cuius non multa excuſa ſunt exempla, mox fore, ut vendita ſit, ſuſpicor. Virorum, quos Germania fert doctos, ſi quis nunc vel ſerius denuo hoc opus excudendi caperet conſilium, hoc non inutiliter mecum antea communicaret. Contigit mihi aliquando, quovis fere die convenire LOCELLAM, cuius in minoribus meritis ſubtilis linguae graecae peritia numeranda eſt. Dum commentarium ſuum in ordinem redigebat, iunctim omnia, quae non ſatis aperta erant, loca perluſtravimus. Quo mihi accuratam de Xenophontis fabula notitiam conciliavi. Dum degerem Raſtadii, eam iterum perlegi, cum aliis, quibus poſt negotiorum diplomaticorum ariditatem, cui traditus eram, animum reſicerem, libris graecis carerem. Meum exemplum nunc notis manuſcriptis copioſe inſtructum eſt. Inter alia ſunt mihi obſervationes criticae in hunc auctorem, quas HERM. TOLLIUS, vir famae celebritate ornatiſſimus, quem cognoſcere in conventu Raſtadienſi ſorte benigna mihi contigit, benevole mecum communicavit.

mae Galinthiadi sacrificant. Thebani Galanthiadi sacra faciebant *ante* ferias Herculis, sicuti Ambracii Cragaleo *post* easdem (μετὰ τὴν ἑορτὴν τὴν Ἡρακλέους). Vid. cap. IV, p. 28. Idem est sensus, ac si auctor scripsisset, ὅταν θύωσι τῷ Ἡρακλεῖ, προθύουσι τῇ Γαλανθιάδι. Eodem modo simili occasione loquitur SCHOLIASTES *Apollonii Rhodii*, I, 1126. Vid. HEMSTERHUSIUS *in Aristoph. Plut.*, p. 290. HERINGA, observ. critic., p. 17, proponit lectionem, καὶ πρὸ Ἡρακλέους ἑορτῆς θύουσι Γαλανθιάδια (nec Γαλανθιάσια, quod habet VERHEYKIUS), supponens, proximam vocem facile mutari potuisse in Γαλανθιάδι ᾱ, i. e. Γαλινθιάδι πρώτῃ. Coniectura haec sine dubio ingeniosior est quam verior, in morem aliarum eiusdem generis, quas non paucas fecerunt viri docti, e. c. LUCAS HOLSTENIUS *in scholiasten Apollonii*, IV, 284, ubi librarii verba ἐν τοῖς περὶ Εὐρώπης mutare affirmantur in ἐν τῇ ιϛ (ἑκκαιδεκάτῃ) περὶ Εὐρώπης. Vid. DODWELLUS *de Scymno Chio* (*Geogr. min.*, vol. II, p. 97.). Interea autem, quia compendia scribendi extricare nesciunt, accidit, ut numeri, de quibus nullus sermo fit, in textus veterum scriptorum introducerentur. En memorabile exemplum. SUIDAS: Ἀδύνατοι· οἱ πεπηρωμένοι τὸ σῶμα. ἐλάμβανον δὲ οὗτοι δοκιμασθέντες ὑπὸ τῆς Βουλῆς, οἱ μὲν πεντακόσιοι, ἑκάστης ἡμέρας ὀβολοὺς δύο, οἱ δὲ, ὀβολόν. KUSTERUS ait: »*Deest vox* πεντακόσιοι *in Harpocratione; item in* »*Ms. Vaticano .... Quare in versione eam prae*»*termittendam putavi. Quodsi tamen quis eam* »*vocem retinendam contendat, legerim cum Wol-*

»*sio*, ὑπὸ τῆς Βουλῆς τῶν πεντακοσίων. *Ad Senatum enim quingentorum cura* τῶν ἀδυνάτων, *eorumque examen pertinebat.*« Vid. praeterea Observat. miscell., vol. VII, t. 3, p. 328. HARPOCRATION Vaticani, N°. 375, qui hodie Parisiis est, offert οἱ μὲν φα (i. e. φασιν) ἑκάστης. Manifestum est, librarium quendam habuisse φα pro φ̄, quod significat πεντακόσιοι.

Cap. XXX. Μίνω] Ita codex, nec aliter legendum, neque Μίνων, neque Μίνωα. PIERSONUS (*ad Herodian.* p. 439.) nusquam sibi obvium fuisse accusativum νεώ contendit. KOENIUS *in Gregorium*, p. 71, exempla quaedam adfert, quibus addi possunt ACHILL. TAT., l. III, p. 250, secundum lectionem manuscripti veneti, et EUSEBIUS, *hist. eccles.* l. I, cap. 5, p. 19. LOCELLA, si recordatus esset notae KOENII, profecto ex sua in *Xenophontem Ephesium*, p. 269, partem reiecisset.

Καῦνος καὶ Βιβλὶς, ἀφ᾽ οὗ] Hic codex legit Βυβλίς; sed in ceteris, quibus hoc nomen recurrit, locis ab editionibus non differt.

Cap. XXXI. Ἀφίκοντο τῆς Ἰταλίας παρὰ τὸν Ἀδρίαν] WYTTENBACHIUS (*Biblioth. critic.* vol. III, P. 3. p. 125.) et IACOBSIUS (*Ephem. litter. Halens.* l. l.) bene me monuerunt, genitivum Ἰταλίας dependere a voce Ἀδρίαν, nec ab ἀφίκοντο. Quod attinet ad constructionem ἀφικνεῖσθαί τινος, *pervenire ad aliquid*, de qua dixeram, WYTTENBACHIUS eam dissuadet, opinans ubivis corrigendum esse ἐφικνεῖσθαι. In multis auctorum paullo antiquiorum locis ita res fortasse se habet. Libri quoque mscpti nunc

nunc *ἀφικνεῖσθαι*, nunc exhibent *ἐφικνεῖσθαι*. Vid. e. g. Longus II, p. 30. Libanius, vol. III, p. 284, ubi codices vel *ἐφίκοιτο* vel *ἀφίκοιτο* vel *ἐφαίνετο*, vol. IV, p. 877 etc. Sed libro meo iam edito tantam locorum, quibus legitur *ἀφικνεῖσθαι πόλεως*, *λιμένος κ. τ. λ.*, copiam in auctoribus recentioribus, et inprimis in Joanne Scholastico quodam ms. inveni, ut dubitem, an omnia corrupta putanda ſint. Quae cum ita ſint, equidem cenſeo, phraſin *ἀφικνεῖσθαί τινος* in lingua fuiſſe, neque vero correctam neque a ſcriptoribus melioris notae adhibitam. Ita quoque Wyttenbachius in fine indicat. Aeliani *de nat. animal.* futurus editor videbit, an recipiat phraſin (VII, 40.) *ἐν καλῷ τῆς μνήμης ἀφίκετο* (*pulchre in memoriam venit*), quae omnibus codicibus confirmatur. In eodem opere IX, 56, eſt *τοῦ οὐραγοῦντος ὅταν ἀφίκηται*, ubi Gesnerus coniecit *μέχρι τοῦ οὐρ.*, codex Vaticani N°. 997 corrigit *ἐς τὸν οὐραγοῦντα ὅταν ἀφίκηται*, quo docetur, non ſemper quaerendam eſſe mendam in ſyllaba *ἀ̄φ̄*. Lexicon ineditum St. Germani, cui titulus eſt: *Περὶ συντάξεως, ποῖα τῶν ῥημάτων γενικῇ* (79) *καὶ δοτικῇ καὶ αἰτιατικῇ συντάσσονται*, haec habet: *Ἀφικόμην, γενικῇ· Πολυαίνου Μέμνων* (vid. de hoc Polyaeno Wyttenbachius l. c. p. 178.)· *τὰ μὲν*

(79) In codice eſt *γ̃ᵉ*, quo notatur *γενικῇ*, nec vero *γενετικῇ*, quod legitur in Montefalconio, *Bibl. Coisl.*, p. 496, et in Appiano *Schweighaeuſeri*, vol. III, p. 10. Is, qui in commodum celeberrimi auctoris articulos, qui Appianum ſpectant, ex hoc lexico deſcripſit, eorum duos omiſit, quos huc aſſero: *Σπανίζω, γενικῇ. Ἀππιανὸς β̄· ὅθεν ἐσπάνιζε τροφῶν.* et *Συμπλεκόμενος, δοτικῇ. Ὁ αὐτός· σειμπλεκόμενος αὐτῇ.*

οὖν ἄνω πάντα διεξῆλθον, τῶν δὲ κάτω οὐκ ἀφικόμην τῆς θέας. Hunc locum corruptum non puto; quando vero in lexico legitur: Ἀφικνοῦμαι· Δίωνος λθ βιβλίῳ, γενικῇ· Διαλιπὼν (80) δὲ καὶ ἐς ἀναλογισμὸν τῆς τε ἑαυτοῦ ἀρετῆς καὶ τῆς τῶν ἐναντίων κακίας ἀφικνούμενος, grammaticus errat, quia ἀφικνεῖσθαι in loco, quem laudat (l. XXXIX, cap. 24, p. 202. *ed. Reimari*) cum εἰς nec cum genitivo constructum est.

Βρεντέσιον] Dixerunt Graeci Βρεντέσιον et Βρεντήσιον, *Brundusium* et *Brundisium*. Nihil habeo, quod adnotem in hunc locum; vox autem Βρεντέσιον in memoriam mihi revocat locum ALCIPHRONIS, quem hac occasione explicabo, l. III, ep. 66. Ἐθεάσω, οἷά με εἰργάσατο ὁ κατάρατος οὗτος κουρεὺς, ὁ πρὸς τῇ ὁδῷ, λέγω δὲ τὸν ἀδόλεσχον καὶ λάλον, τὸν Ἀβροτησίου προτιθέμενον ἔσοπτρα, τὸν τοὺς χειροήθεις κόρακας τιθασσεύοντα κ. τ. λ. Omnis res a verbis, ἔσοπτρα Ἀβροτησίου, recte interpretandis pendet. BERGLERUS ad ipsissimas litteras transtulit, *Abrotesii specula*, nihil notans; HERELIUS (in versione germanica, p. 179.), *die Spiegel des Abrotesius (specula Abrotesii)*; WAGNERUS in Indice verbo-

---

(80) Διαλιπὼν, *intermisso aliquo tempore.* Hoc participium interdum impedivit editores. Secundum nostrum codicem restituendum est in ARRIANO *de venatione*, ab initio capitis decimi quarti: ἐξάγειν δὲ ἐπὶ θήραν ἦρος μὲν καὶ φθινοπώρου θαμινά· ἀσφαλέσταται γὰρ αἱ ὧραι αὗται ταῖς κυσίν· θέρους δὲ ὀλιγάκις, καὶ τὸ πολὺ διαλείποντα, εἰ πνίγος εἴη. οὐ γὰρ ἀνέχονται καύματος αἱ κύνες, ἀλλὰ πολλαὶ ἤδη διώξασαι ἀνὰ κράτος, ἀπεπνίγησαν ὑπὸ τοῦ ἄσθματος. Pro διαλείποντα cum verbo ἐξάγειν coniungendo LUCAS HOLSTENIUS dedit διαπνίγονται, quae vox hic eo ineptior est, quod verbis sequentibus ἀπεπνίγησαν κ. τ. λ. nihil nisi antecedentis repetitio inesset.

rum ait: »Ἀβροτήσιον, *locus Athenis.*« Nihil usquam de loco Athenarum, Ἀβροτήσιον nominato, me audivisse consiteor. WAGNERUM assertionis tam novae ac singularis argumenta non omittere oportebat. Codex parisiensis N°. 1696. offert ἐκβροτησίου. Ex hoc corrigo τὸν ἐκ Βρεντησίου προτιθέμενον ἔσοπτρα. Specula Brundusii multa apud veteres fama celebrabantur. PLINIUS, hist. nat., l. XXXIII, 9, p. 627. *Optima specula apud maiores fuerunt* BRUNDISINA, *stanno et aere mixtis.* l. XXXIV, 17, p. 669. *Specula quoque ex stanno laudatissima, ut diximus,* BRUNDISII *temperabantur, donec argenteis uti coepere et ancillae.* Plura et singula rescire cupientibus commendandus est BECKMANNUS, *Collecta ad historiam inventionum (Beiträge zur Geschichte der Erfindungen)*, Vol. III, P. 4, p. 284 f. Προτιθέναι sive προτίθεσθαι solennis est vox pro latina *merces exponere;* προθήκη significat *mercium expositionem.* S. JOANNES CHRYSOSTOMUS, to. XI, p. 279, αἱ προθῆκαι τῶν χρυσοχόων, *merces aurifabrorum expositae.* Tonsores apud veteres novaculas, cultros et specula habebant venalia. Vid. LUCIANI locus classicus, vol. III, p. 124 (81), et BOETTIGERUS in opere, *Sabina* inscripto, ubi inve-

---

(81) Τοὺς κουρέας τούτους ἐπίσκεψαι, καὶ ὄψει τοὺς μὲν τεχνίτας αὐτῶν, ξυρὸν καὶ μαχαιρίδας, καὶ κάτοπτρον σύμμετρον ἔχοντας· τοὺς δὲ ἀμαθεῖς καὶ ἰδιώτας πλῆθος μαχαιριδίων προτιθέντας καὶ κάτοπτρα μεγάλα. Μαχαιρίδες sunt cultri, quibus detondebantur crines atque resecabantur ungues. Μαχαιρίδιον et κάτοπτρον in alio quoque loco LUCIANI (v. I, p. 612). ubi interpretes quodammodo haerent, iuncta occurrunt. Sermo ibi est de philosopho quodam Cynico, cuius mantica res suaveolentes, speculum, et

nies to. II, p. 57 ſqq. diſſertationem ſingularem de tabernis tonſorum veterum. Quam maxime miror, virum hunc in rebus antiquariis verſatiſſimum, quem alias fere nihil fugit, non laudaviſſe hanc Alciphronis epiſtolam, quae exhibet ſpecialia quaedam de re ab illo tractata. Ὡς γὰρ ἀφικόμην, *Gamochaeron* paraſitus ait, ξυριεῖσθαι τὴν γενειάδα βουλόμενος, ἀσμένως τε ἐδέξατο, καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ θρόνου καθίσας, σινδόνα καινὴν περιθεὶς, πράως εὖ μάλα κατέφερέ μοι τῶν γνάθων τὸ ξυρὸν, ἀποψιλῶν τὸ πύκνωμα των τριχῶν. Mappula nominata eſt σινδὼν, ut in epigrammate Phaniae (Anal. to. II, p. 53, VI.). Καινὴ ſignificat *elegans*, *recens lota*, inde *nitida*. Aristophanes (Ἐκκλ., v. 347) in eodem ſenſu utitur voce φανὸς, *nitidus*. Θρόνος, *ſella*, etiam in epigrammate Phaniae, v. 5. occurrit. Verbum ξυρίζομαι apud auctores antiquiſſimos fruſtra quaeritur. Wagnerus eo numerum elocutionum, qui-

---

cultellum ſacrificum (μαχαιρίδιον θυτικόν) continuit. Ultima voce commentatores impediti ſunt. Intelligi non poteſt, qui culter victimarius locum habere poſſit inter res luxui inſervientes, quales ſunt ſpeculum et aromata. In codice pariſienſi 3011 phraſis integra omittitur. Belin de Ballu (Opera Luciani, e graeco in franco-gallicum verſa, vol. II, p. XXX) ſatis probabiliter corrigit, θρυπτικόν. Pollux hoc adiectivo utitur ad deſignandas res pretiolas, quae apud homines tantum luxurioſos et delicatos inveniuntur, τοὺς τρυφῶντας. Vid. l. VII, 85, p. 748: Σχισταὶ, πολυτελὲς ὑπόδημα καὶ θρυπτικόν. Interpres latinus male: *pretioſi calcei et perſorati*, ac ſi textus portet τετρυπημένον. Μαχαιρίδιον θρυπτικὸν recepta illa lectione eſſet cultellus abacorum, quales ſunt ii, quibus homines elegantes et molles utuntur. Jacobsius (Ephem. litter. halens. l. c.) mallet legere μαχαιρίδιον ὀνυχιστικὸν ſeu ὀνυχικόν. Sed neſcio, an gaudeat hiſce adiectivis lingua graeca. Lucianus eiusmodi res manticae cynici eo conſilio tribuit, ut ipſum perſona detracta riſui exponeret. Conſtat, hos philoſophos adfectaſſe habitum turpem et inhoneſtum. Κόμην ἐπιειμένοι πολλὴν, inquit Tatianus (*contra Gr.*, p. 162. B.), πωγωνοτροφοῦσιν, ὄνυχας θηρίων περιφέροντες, καὶ λέγοντες δεῖσθαι μηδενός.

bus Alciphronem haud eſſe auctorem perantiquum probare ſtudet, augere potuiſſet (vol. II, *praef.* p. VI, VII). Inveni formam ξυρίζομαι in Palladio (*hiſt. Laus.*, p. 120, *ed. Meurs.*), ubi ſermo eſt de Philoromo quodam, quem Iulianus imperator tonderi ictibusque pugni puniri iuſſit ob libertatem, qua locutus erat, audacem, ὃν ξυρισθῆναι ἐκέλευσεν καὶ ὑπὸ παιδαρίων ἐντονώτατα κοσσισθῆναι [82]. Alius non minus memorabilis quam ignotus de tabernis veterum tonſorum occurrit locus in S. Chrysostomi *homiliis*, t. VII, p. 61. C., opere digniſſimo, quod

---

(82) Vid. de verbo κοσσίζεσθαι Ducangius, *gloſſar. med. et infim. graec.* p. 722. et Reiskius *ad Conſtantin. Porphyrog. cerem.* p 125. Κόσσος notat *colaphum.* Inde derivatur κοσσοτράπεζος. Haec vox ſignificat hominem, qui accipit alapas ad menſam. Suidas Παράσιτος· κόλαξ, τραπεζολοιχὸς, κοσσοτράπεζος. Toupius (*emend. in Suidam*, vol. II, p. 23. ſ.) prorſus a veritate aberrat, opinans, legendum eſſe κυσοτράπεζος. Kusterus vocem κοσσοτράπεζος tam obſcuram, quam inuſitatam iudicans, iuſtiſſimam hanc addit obſervationem: „*Sic forte dictus eſt paraſitus, quod ad menſam alapis ſe caedi patiatur.* Κόσσος *enim eſt alapa, teſte Suidâ.*“ Redire ſenſi vocem κοσσοτράπεζος in *Lex. Rhet. Soph. St. Germani*, et in lexicis Photii atque Cyrilli. Reſtituenda eſt in Alciphrone, l. III, ep. 69, duce codice egregio, N°. 1696, qui legit Τρικλινοσάραξ Κοσσοτραπέζῳ pro Τριχινοσάραξ Γλωσσοτραπέζῳ. Aliud vocis κόσσος compoſitum ab eodem auctore (l. III, ep. 7.) adhibitum eſt. Codices bonae notae pariſienſes h. l. vulgatam lectionem Ἑτοιμόκορος Ζωμεκπνέοντι per Ἑτοιμόκοσσος Ζωμεκπνέοντι reſtituunt. Verbo ἑτοιμόκοσσος homo, qui paratus eſt alapas accipere, ſignificatur, ὃς πρὸς τὸ ῥαπίζεσθαι ἕτοιμος ἕστηκε, S. Joannes Chryſoſtomus, to. VII, p. 422. Omnino vero Alciphron utitur ſaepe phraſibus raris, ideoque ab interpretibus haud ſemper recte intellectis. Huc pertinet inter alia μοναγρία, in libri ſecundi epiſtola altera. Ὁ Ἀτρεὺς οὗτος, ἔξελθε, φησὶν, ἐκ τῆς ἐμῆς μοναγρίας, καὶ μὴ πρόσιθι Λεοντίῳ. Berglerus mavult μοναρχίας, Wagnerus iure quidem ſervat μοναγρίας; errat vero, ubi dicit in *Indice verborum:* Μοναγρία, *vox nullibi occurrens.* Dicitur μόναγρος, μοναγρία et μονάγριον. Philo, *de vita contempl.*, to II, p. 474. ed. Mang., ἀλλὰ τειχῶν ἔξω ποιοῦνται τὰς διατριβὰς ἐν κήποις ἢ μοναγρίοις, ἐρημίαν μεταδιώκοντες. Vid. quoque Eusebius, *hiſt. eccleſ.*, II, p. 67, ubi legimus, ἐν μοναγρίοις, Sozomenus, I, p. 26. ἐν μοναγρίαις, et Suidas, in voce Θεραπευταί. Ultimus hic offert, ἐν μονάγροις ἢ κήποις.

ab iis, qui ſtudium impendunt in veterum moribus ritibusque cognoſcendis, legatur omnibus. Diſſerit orator de moribus corruptis aequalium: Οὕτω διακείμενοι κακῶς, inquit, οὐδὲ ἐννοοῦμεν τῆς ψυχῆς ἡμῶν τὴν ἀμορφίαν, οὔτε καταμανθάνομεν αὐτῆς τὸ δυσειδὲς, ἀλλ᾽ ἐν κουρείῳ μὲν καθήμενος καὶ τὴν κόμην ἀποκείρων, καὶ τὸ κάτοπτρον λαβὼν, περισκοπεῖς μετὰ ἀκριβείας τὴν τῶν τριχων σύνθεσιν, καὶ τοὺς παρεστῶτας ἐρωτᾷς καὶ τὸν ἀποκείραντα αὐτὸν, εἰ καλῶς τὰ πρὸς τῷ μετώπῳ συνέθηκε· καὶ γέρων ὢν πολλάκις οὐκ αἰσχύνῃ νεωτερικαῖς φαντασίαις ἐπιμαινόμενος. Τῆς δὲ ψυχῆς ἡμῶν οὐκ ἀμόρφου μόνον, ἀλλὰ καὶ θηριομόρφου, καὶ Σκύλλης τινὸς ἢ Χιμαίρας κατὰ τὸν ἔξω μῦθον γεγενημένης, οὐδὲ μικρὸν αἰσθανόμεθα. »Deperditi cum ſimus, non animadvertimus animi »noſtri turpitudinem, non videmus eius deformi»tatem. Haerens in tonſoris taberna crines reſe»cari iubes, ſpeculo accito capitis curioſe perlu»ſtras ornatum, interrogas circumſtantes et tonſo»rem ipſum, an eleganter fronti accommodaverit »capillos, ſaepe non erubeſcis, te quamvis ſe»nem iuvenum conformare moribus recentiſſimis »et ineptis; nemo vero noſtrûm ſentit, animum »ſuum eſſe non ſolum rudem, ſed etiam monſtri »inſtar deformem, Scyllaeque ſimilem et Chimaerae »in gentilium fabulis.« Antequam digreſſionem hanc finiam, non poſſum mihi temperare, quin referam, quomodo interpres quidam franco-gallicus (83)

---

(83) Wagnero non innotuit haec verſio (to. II, praef., p. XX.). Titulum fert. *Epiſtolae graecae, auctore Alciphrone Rhetore, ſive*

Alciphronis de ſpeculis Brundiſinis locum reddiderit. Dicit ibi paraſitus: »Vidiſti, quomodo »me tractaverit exſecrabilis iſte tonſor; moleſtus »ille garrulus, qui ubivis in via offendit (ὁ πρὸς τῇ »ὁδῷ), qui venienti omni *machinam ſuam opticam* »offert, qui in corvis manſueſaciendis verſatur, »etc.« Ad voces, *machinam opticam*, hanc notam ſatis memorabilem addit: »Textus habet: *ſpecula nocturna;* indicare ille videtur machinam illam opticam, cui eſt nomen *laternae magicae*, vel aliam quandam inventionem eiusmodi levem, ut iudicare licet, ſecundum tonſoris ingenium et ſubſidia, quae fuiſſe credibile eſt huius conditionis homini, ſatis quidem induſtrio, quantum ferebat ingeniolum, nimis vero loquaci, et parum apto ad machinam inveniendam, quae maiorem exigat meditationem cognitionemque. Eſt ille ex iſto hominum genere, de quo cum Plutarcho dicere poſſumus: *Importunitate ſermonis omnem gratiam perdit bene factorum ſuorum. De garrulitate*, §. 5.« Quae ſagacitas! quae eruditio!

Νύμφας Ἐπιμηλίδας] Locis a commentatoribus laudatis addi poteſt Phrynichus, Προπαρασκ. Σοφιστ. Ms. in voce Ἀντριάδες. Vid. Valckenaerius

---

narrationes ſingulares de moribus ritibusque Graecorum, primum in linguam francogallicam translatae, cum notis hiſtoricis et criticis. Amſtelodami et Pariſiis, 1784. III voll. 8. Vol. I, *Meretrices.* Vol. II, *Paraſiti.* Vol. III, *De moribus populorum graecorum. (Lettres grecques, par le Rhéteur Alciphron, ou anecdotes ſur les moeurs et les uſages de la Grèce etc.)* Secundum Barbierum Vir. Cl., *Vocabularium operum anonymorum et pſeudonymorum (Dictionnaire des ouvrages anonymes et pſeudonymes)* Vol. I. p. 479. auctor illius verſionis *Richardus* Abbas eſt.

ad Theocr. idyll. I, p. 9. et VILLOISONUS *ad Longum*, p. 155.

Ἐπὶ πλέον ἐγένετο] Codex ἐπιπλέον. Hac voce in memoriam revocatur ἐπιμᾶλλον, quod multi editores mendam putant et in ἔτι μᾶλλον commutant. HEYNIUS *ad Cononem*, p. 172: »Ἐπὶ μᾶλλον *graece dici nequit. Diverſi generis ſunt* ἐπὶ πλεῖον, »ἐπὶ πλεῖστον, *nomina, quibus praepoſitio iungi* »*poteſt.*« Idem mutat in PHILOSTRATO, *Icon.*, p. 887, ἐπιμᾶλλον in ἔτι μᾶλλον. Vid. *opuſcul. acad.*, vol. V, p. 191. Sed immerito, opinor. Occurrit ἐπιμᾶλλον ſive ἐπὶ μᾶλλον in auctoribus optimis. Vid. WESSELINGIUS *ad Herod.* p. 249, *ad Diodor. Sic.* II, p. 535, et BOECKHIUS *in Plat. Min.* p. 155. ARISTIDES iungit ἔτι cum ἐπὶ μᾶλλον, vol. II, p. 287. ὁ δὲ ὄγκος ἔτι ἐπὶ μᾶλλον ᾔρετο, καὶ ἦν ἀπορία πολλή. Vid. quoque SUIDAS, ad vocem ἐπιμᾶλλον. Inter libros meos numero opus ineditum, titulo: *Timarion*, ubi etiam haec vox occurrit (84). Nec non Graeci recentiores ea utuntur. Vid. e. c. Φιλοθέου πάρεργα (ἐν Βιέννῃ τῆς Ἀουστρίας, 1800,) p. 60, ἐπιμᾶλλον εἰς ἅμιλλαν ἀναφλεγομένους τοὺς νεωτέρους, praeter multa alia loca. Vid. quoque SCHAEFERUS V. Cl. *ad Lamb. Boſ. ellipſ.* p. 557.

---

(84) Ab initio in hoc opere legimus: Λέγε τοιγαροῦν, καὶ μὴ πρόῃ τὸν καιρὸν, ἡμᾶς τε γλιχομένους μαθεῖν μὴ ἐπιμᾶλλον ἐκκαίῃς, καὶ ἀλγύνῃς ὡς μάλιστα. — Αἶ αἶ, τί ταῦτα κινεῖς κἀναμοχλεύεις, καὶ φέρεις ἡμᾶς Ἰλιόθεν κατὰ τὴν παροιμίαν κ. τ. λ. Commemoravi hunc locum, cum putem, eum PORSONO prodeſſe, propter obſervationem, quam conſcripſit in *Medeam*, v. 1314. Verba τί ταῦτα κινεῖς κἀναμοχλεύεις, quae in HELIODORO quoque, I, p. 13, leguntur, parodia ſunt verſus EURIPIDIS:

Τί τούσδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις λόγους;

Ταῖς δὲ νύμφαις πᾶν ὅσον ἢ πλεῖστον ἐπέδωκεν εἰς κάλλος] Codex ita distinguit, τ. δὲ νύμφαις, πᾶν ὅσον ἢ πλεῖστον, ἐπ. ε. κ. Equidem legendum esse censeo, ταῖς δὲ νύμφαις πᾶν, ὅσον ἦν, vel simpliciter πᾶν ὅσον, (*omnia, quaecunque erant*, i. e. *omnia*) πλεῖστον ἐπέδωκεν εἰς κάλλος. Demosthenes, *adv. Leptin.*, p. 121, *ed. Wolfii*, ἔστι δὲ πάντα μὲν, . . . ὅσα ἐστὶ, τὰ ὀνείδη φευκτέον. Lexicon St. Germani, cui est titulus, Ἄλλος ἀλφάβητος· Κατεσκευασμένην οἰκίαν, ἀντὶ τοῦ πάνθ' ὅσα ἔχουσαν. Inprimis vero conf. Wyttenbachius *ad Plut. de sera num. vind.*, p. 40. Jacobsius (*Eph. litt. hal.* l. c.) de hoc loco: »Veremur, inquit, ne vulnus »altius lateat, et in ἢ πλεῖστον quaerenda sit locu»tio poetica, a poeta ipso petita, scilicet ἔπλισσον »vel ἐπλίσσοντο, i. e. πάντα τῶν Νυμφῶν βήματα »καὶ κινήματα. Poetae dicere licuit:

„Πᾶν ὅσον ἐπλίσσοντο ποσὶν εἰς κάλλος ἔδωκε.“ (*sic*)

Ἐγένοντο δένδρα] Ad exemplum codicis restituendum est, ἐγένοντο δένδρη. Cap. XXII, σὺν αὐταῖς ἀτραποῖς καὶ δένδρεσιν. Philemon et Phavorinus: Δένδρον κλίνεται δένδρου, καὶ δένδρος δένδρεος, ὡς τὸ ἀνδράποδον καὶ ἀνδράποδος, καὶ τὸ κτέατον καὶ κτέατος. Ταῦτα γὰρ καὶ ἄλλα διπλῆν ἔχουσι κλίσιν, ὡς παρ' Ὁμήρῳ καὶ ἄλλοις ἐστὶν εὑρεῖν. Δένδρεσιν ἀττικῶς, δένδροις κοινῶς, ὡς δάκρυον κοινῶς καὶ δάκρυ ἀττικῶς. Vid. Piersonus *in Moerin*, p. 132, et Koenius *in Gregorium*, p. 24. Aristaenetus, I, 3, ἐπὶ τοῦ πεδίου κατεκλίθημεν, οἷα τῶν πολυτελεστάτων δαπίδων (sic legendum est), δένδρη τε πολλὰ κ. τ. λ. Codex recentiori manu habet, δένδρα τε. Conferri

cum hoc loco poteſt Alciphron, *fragm.* XVIII, ἐπὶ αὐτῆς (codices pariſienſes ταύτης) βουλοίμην ἂν τῆς πόας κατακλιθῆναι, ἢ ἐπὶ τῶν ταπητίων ἐκείνων, καὶ τῶν μαλθακῶν ὑποστρωμάτων, νὴ Δία (codd. pariſſ. ἰδίᾳ). Poſt βουλοίμην ἂν ſubintelligendum eſt μᾶλλον, uti III, 31, in phraſi τίς οὖν δή με κᾀκεῖθι[85] μυσταγωγεῖν ἐπιτήδειος ἢ σύ, ὁ τὰ πολλὰ εἴσω πυλῶν ἀλινδούμενος; Vid. Vigeri *idiot. gr. dict.*, p. 409 et 416, *ed. Hermann.*, et Wernsdorfius *ad Himer.* p. 674.

Cap. XXXII. Κλεμμύς] Codicis librarius nunc ſingulo, nunc duplici μ ſcribit hoc verbum. In margine, χελώνη.

Οὐδὲν ἔφασε πρὸς τοὺς γονεῖς] Verheykius (p. 300) bene iudicavit, vocem ἔφασε eſſe corruptam, cum auctor numquam formis doricis utatur. Codex ἔφρασε, quemadmodum Ruhnkenius opinatus eſt. Facile fieri poteſt, ut litterae φ̄ et φ̄ϱ confundantur, cum ϱ̄ poſt φ̄ in codicibus orbiculo tantum indicetur, qui vertici litterae φ̄ imponitur.

(85) Hanc fert lectionem codex Venetus, quam vulgatae anteponerem. Alciphron, III, 53, κεῖθι τῶν πόνων ἀπήλαυον. Veteres codices ſaepiſſime pro ἐκεῖ particulam κεῖθι ſive ἐκεῖθι ſubſtituunt. In nona Themistoclis epiſtola offert codex noſter ἐκεῖθι δὲ ἐκινδυνεύσαμεν, neque aliud frequentius occurrit, quam verbum κεῖθι in codice Aeliani *(de natura animal.)*, N°. 997. Nihil commemorabo niſi locum, qui adhuc in editionibus deformatus offendit. L. VI, cap. 15, οἱ Ἰασεῖς ἀπέφηναν τάφον κοινὸν ὡραίου μειρακίου καὶ δελφῖνος ἐρωτικοῦ . . . καὶ νόμισμα δὲ ἀργύρου καὶ χαλκοῦ εἰργάσαντο, καὶ ἐνέθλασαν (codex ἐνέθλασε, quod defendi potuit Valckenaerius *in Callim. eleg.*, p. 212. coniecit ἐνεκόλαψαν) σημεῖον τὸ ἀμφοῖν πάθος, καὶ μνήμῃ παρέδοσαν ἔργον τοσοῦτον θεοῦ τιμῶντες ΟἹ ΚΕ͂ΙΟΙ. Haec eſt vulgata lectio. Schneidero recipere placuit Gyllii lectionem οἰκεῖον. Secundum codicem reſtituendum eſt: ἔργον τοσούτου θεοῦ τιμῶντες ΟἹ ΚΕ͂ΙΘΙ. Vid. e. c. III, 23, τῶν ἀνθρώπων (codex addit τῶν) ἐκεῖθι.

Vid. ORVILLIUS *ad Charit.* p. 450. Non possum praetermittere hanc occasionem, quin addam aliam quandam observationem palaeographicam de $\bar{\varphi}$. Secundum quorumdam codicum scribendi rationem $\bar{\varphi}$ et $\overline{\vartheta\varrho}$ (*sic*, non $\theta\varrho$) tam sibi sunt similes, ut vix distingui queant. ARISTIDES II, p. 486, v. 6. εἶτ' οὐ καθέξοντες τοῦ διώκειν ἡμᾶς Συρακούσιοι. Nonnulli codd. exhibent εἶτ' οὐκαθρέξοντες (*sic*). Vera lectio est εἶτ' οὐκ ἀφέξονται, quod JEBBIUS coniecit. In *Excerptis ex Apollonii Dyscoli gramm.* p. 569. *ed. Sturzii*, legimus τὸ γὰρ οιτοι θρας Δωριεῖς, καὶ τὸ αιται (*sic*). Quae ad hunc locum restituendum proposita sunt, silentio transeam. Auctor sine omni dubio scripsit, τὸ γὰρ οἱ τοὶ φασι Δωριεῖς, καὶ τὸ αἱ ταί. *Dorienses dicunt* τοὶ *pro* οἱ, *et* ταὶ *pro* αἱ.

Καὶ τῶν ἐκεῖ τόπων ἐβασίλευσεν] Lege secundum codicem, ἐβασίλευεν.

Cap. XXXIII. Εὐρυσθεὺς ἐξελάσας αὐτοὺς τῆς πατρίδος, αὐτὸς ἐβασίλευεν] LENNEPIUS *ad Phalarin*, p. 279, legere mavult ἐξελάσας τοὺς Ἡρακλείδας, αὐτὸς ἐβασίλευεν. Vix ulla similitudo textum et hanc coniecturam intercedit. Post verbum ἀφανισμὸν forsan deficit membrum phrasis, cui inerat substantivum, ad quod αὐτοὺς referatur. Sed codex nihil prorsus aliud offert. Cum aliis destituamur fontibus, lectionem hanc propono, ἐξελάσας αὐτοῦ τοὺς παῖδας, αὐτὸς ἐβασίλευεν. Cap. IV, p. 28. τὴν δὲ πόλιν Ἡρακλέους καὶ τῶν ἐκείνου παίδων νενεμήκασι. APOLLODORUS loco a MUNCKERO citato, μεταστάντος Ἡρακλέους εἰς θεοὺς, οἱ παῖδες

αὐτοῦ φυγόντες Εὐρυσθέα πρὸς Κήϋκα παρεγένοντο. Differentia inter αὐτοῦ τοὺς παῖδας et αὐτοὺς τῆς πρίδος (uti in codicibus scriptum est) satis levis videtur, ut duae illae lectiones commisceri potuerint. Vid. quoque Pherecydis *fragm. ed. Sturz.* p. 197.

Ὕλλος δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἡρακλεῖδαι καὶ σὺν αὐτοῖς] Teuchlerus adoptavit Munckeri coniecturam, Ἡρακλεῖδαι σὺν αὐτῷ. Accedo Jacobsio (*Ephem. lit. hal.* l. c.), opinanti, melius legi καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς.

Κατοικίζονται πόλιν ἐν Θήβαις] Sturzius l. c. p. 198: »*Videtur hunc sensum habere: oppidum aliquod incoluerunt in agro Thebano, ab illa Thebarum parte situm, ubi erant portae Electrae.*« Xylander vertit, *Thebas urbem incolunt.* Verba graeca autem neque hunc, neque ullum praebent alium sensum. Quid enim denotare potest πόλις ἐν Θήβαις, *urbs in urbe Thebarum?* Porro, bene dicitur κατοικίζειν πόλιν, sive κατοικίζεσθαι ἐν πόλει, ἐν χώρᾳ τινί; sed κατοικίζεσθαι πόλιν haud graecum est. Textus manifeste depravatus est, et legendum πάλιν pro πόλιν. — Iam ante multum tempus haec scripseram, cum Clavierus *Apollodorum* suum in lucem produceret, ac valde gaudebam, virum hunc litteratissimum penitus mecum consentire. Haec sunt, quae de nostro loco scribit (vol. II, p. 335): »Pherecydes, cuius Antoninus Liberalis conservavit nobis narrationem, refert, post mortem Eurysthei Heraclidas Thebas rediisse, κατοικίζονται »πάλιν ἐν Θήβαις. Ita legendum censeo pro πόλιν, »quae nullius est sensus vox. Cum illorum pater

»Thebis natus esset, ibique per longum tempus »commoratus, de ipsorum reditu Thebas agitur »ac de reditu in Peloponnesum; et hunc πάλιν »respicit.«

Παρὰ τὰς Ἠλέκτρας πύλας] MUNCKERUS: »XYLANDER, *ad Electras portas.* Ἀτρείδη, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων; *Verte tu, Electrae portam. Dicta autem illa ita ab Electrâ Cadmi sorore. Vid.* PAUSANIAS, *Boeot.*, p. 555.« MUNCKERUS prorsus errat. XYLANDER optime transtulit. In EURIPIDIS *Phoenissis* duo leguntur loca eiusdem formae, v. 1145. Καπανεὺς προσῆγε λόχον ἐπ' Ἠλέκτραις πύλαις, et v. 1586. εὗρε δ' ἐν Ἠλέκτραισι πύλαις τέκνα. HEYNIUS *ad Apollodorum*, to. I, p. 283: »Ἠλέκ»τραι (scribe Ἤλεκτραι) πύλαι, *aliis* Ἠλεκτρίδες, »*ut apud* HELLANIC., *in fragm.*, p. 99.«

Ἡρῷον τὸ τῆς Ἀλκμήνης ἐν Θήβαις] *Xylander* ultimam vocem coniectura supplevit; nihil eius in codice legitur nisi ἐν Θήβ. Cum inter ductus crasos littera ν cognosci queat, librarius fortasse primum ἐν Θήβησιν scripsit, quod non esset falsum. Saepe occurrit ἐν Ἀθήνησι in HERODOTO. Vid. WYTTENBACHIUS *ad Plutarch., de ser. num. vind.*, p. 16. Praeter exempla, quae laudavit, nominari possunt HARPOCRATION, in vocibus Ἡλιαία, Κάθετος et Ὀνήτωρ, SUIDAS, in vocibus ἐπὶ τροχοῦ κ. τ. λ. *Lex. Rhet. Soph. St. Germani*, Ἀγοραῖος Ἑρμῆς, ἐν Ἀθήνησιν ἵδρυτο κατὰ τὴν ἀγοράν, et SCHOLIASTES *Apollonii Rhodii*, III, 1178, Φερεκύδης δὲ ἐν τῇ πέμπτῃ (codex parisiensis, ἐν ϛ̄) οὕτω φησίν· ἐπειδὴ Κάδμος κατῳκίσθη ἐν Θήβησιν. Legitur in PHA-

LARIDE p. 212. ἕνεκα τῶν ἐν Ὀλυμπιάσιν ἀγώνων. Eadem phrafis, ἐν Ὀλυμπιάσιν, occurrit in LIBANIO, vol. I, p. 812. *ed. Mor.*; REISKIUS vero (IV, p. 634) fecundum codicem Monacenfem dedit τὸν Ὀλυμπιάσι κότινον. Similis pleonasmus praepofitionis ἐκ indicatur a lexico mfcpto St. Germani, infcripto, Ἄλλος ἀλφάβητος· Ἔκποθον (leg. ἔκποθεν. V. TYCHSENIUS *comment. de Quinto Smyrn.* p. LVI.) ἐμοὶ γέγονεν. Ὅμηρος (*Iliad.* VIII, 19),

Σειρὴν χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες.

Καθόλου περιττὰς προσλαμβάνειν προθέσεις, οὐκ ἦν ἄηθες τοῖς ἀρχαίοις.

Cap. XXXIV. Ἐπεὶ δὲ τὸ πάθος αὐτὴν προσῆγεν] Codex προῆγεν, quae fuit Orvillii coniectura.

Λόγον πρὸς τὸν Θείαντα προσέφερεν] Λόγον προσφέρειν de iis proprie dicitur, qui blandis promiffis, vel adhibitis conciliatoribus in mulieris gratiam fe infinuant. Cap. XXXIX, ἐπεὶ τὸν λόγον ἡ τροφὸς αὐτῇ προσήνεγκε. Conf. quae VILLOISONUS *in Longum*, p. 211, adducit exempla.

Καὶ ὁ μὲν κατέκρυψε] Καὶ in codice puncto notatum eft. JACOBSIUS (*Eph. litt. hal.* l. c.) textum fic conftitui mallet: καὶ πλείονα χρόνον ἐλελήθει πρασσόμενον ἄχαρι καὶ ἄθεσμον ἔργον, ἕως ἐκύησε μὲν ἡ Σμύρνα, Θείαντα δὲ πάθος ἔλαβεν ἐκμαθεῖν, ἥτις ἦν ἡ κύουσα· καὶ ὁ μὲν κατέκρυψε.

Προσενεχθέντος ἐξαπίνης τοῦ πυρός] Secundum codicem primamque editionem, προενεχθέντος.

Μήτε παρὰ ζῶσι, μήτ᾽ ἐν νεκροῖς φανῆναι] Ipſa verba poetae, quem deſcripſit auctor:

Μήτε παρὰ ζῶσιν, μήτ᾽ ἐν νεκροῖσι φανῆναι.

Ἐποίησε δένδρον, καὶ ἐκάλει] Editio prima ἐκάλεν, ſed errore tantum typographico. Reſtituendum eſt, duce codice, ἐκάλεσεν.

Ὠνόμασαν Ἄδωνιν] MUNCKERUS in nota, quam de fabula Adonidis conſtruxit valde diffuſam, de parvis quoque loquitur hortis, quos dixerunt *hortos Adonidis.* Occaſione hac utor ad opinionem, quam Clariſſimus BOETTIGERUS prorſus novam de ceremoniis feriarum Adonidis, in diſſertatione *de fructibus et floribus veterum cereis* modo protulit, examinandam. Inſerta eſt illa operi inſcripto: *Sabina* (to. I. p. 257 ſqq.) »Dum feriae Adonidis celebrabantur, antiquus fuit mos exponendi in domibus urnas floribus corbulasque fructibus repletas, atque vaſa, quibus variae inſitae erant plantae. Sub hyemis vero finem flores fructusque naturales rariſſimi erant, ſub ipſo Aſiae et Graeciae mitiori coelo; quos iam deficientes compenſabant fructibus e cera effictis, hisque ad conſtruendos illos hortulos utebantur.« Poſtea adfert famoſum THEOCRITI illum locum (*Adon.*, v. 112 ſqq.):

Πὰρ μέν οἱ (Ἀδώνιδι) ὥρια κεῖται, ὅσα δρυὸς ἄκρα φέροντι,
Πὰρ δ᾽ ἁπαλοὶ κᾶποι, πεφυλαγμένοι ἐν ταλαρίσκοις
Ἀργυρέοις κ. τ. λ.

»Docti THEOCRITI interpretes, Boettigerus pergit, quam difficile fuerit, in hoc anni tempore omnes fructuum ſpecies maturas invenire, non animadvertere videntur. Quae vero difficultas evaneſcit,

ubi de fructibus cereis agi memores ſumus. Eadem obſervatio vero veteri cuidam proverbio intelligendo poteſt inſervire, quo res fragiles et caducae, quibus facies externa fallax firmitatem re vera deficientem tribuit, *horti Adonidis* nominabantur.« Confiteor, me inter verba Theocriti nullum videre, quo ad fructus cereos ducamur. Valckenaerius per ὥρια, ὅσα δρυὸς ἄκρα φέροντι, fructus naturales intelligit, *fructus maturos quoscunque, hortorum cultori, dum in vivis eſſet, Adonidi, valde adamatos.* Quidni hanc explicationem admittamus? Adonidis feriae in terris orientalibus menſe Iunio ſub ſolſtitium aeſtivum celebrabantur. Vid. Casaubonus *ad ſcript. hiſt. Aug.*, p. 146. F. In hoc anni tempore plura fructuum genera matura reperiuntur, et ſi vel ponamus, dies Adonidis feſtos in Aegypto nonniſi hyeme ipſa celebratos eſſe, nonne in aula Alexandrina varii fructus conſervari poterant? Multi auctores veteres de feriis Adonidis loquuntur; ſed mihi quidem ne unus quidem innotuit locus, quo de fructibus cereis, ad illas ferias deſtinatis, ſermo eſſet, et in dubium voco, exempla inveniri, quae opinioni illi faveant. Boettigeri de hac re disputatio ſolummodo demonſtrat, cera illo modo uti potuiſſe veteres.

De hortis Adonidis, equidem haud video, quid ad eos pertineant fructus cerei. Loca duo claſſica Platonis *(Phaedrus*, p. 345. *ed. Heindorfii)* et Juliani *(Caeſares*, p. 329. ſ.), item explicationes ſcholiaſtarum et paroemiographorum docent, hortos Adonidis nomen traxiſſe ex plantis quibusdam, v. c.

lactu-

lactuca, foeniculo, hordeo et tritico, quas mulieres bene praeparabant in parvis vaſis clauſis. Plantae iſtae areſiebant atque marceſcebant brevi tempore, et ob hanc rationem *horti Adonidis* nominabantur omnes res fugaces breviterque durantes. Lector franco-gallicus multa, quae huic ritui et feriis Adonidis illuſtrandis inſerviunt, in SPANHEMII notis ad verſionem ipſius *Caeſarum Juliani* leget, p. 228 ſqq. et *Teſtimonia* p. 93—95. Nihil amplius de hac re addam, niſi ſcholion HERMIAE ineditum de loco PLATONIS. Ita legitur: »Ἔστι παιδιὰ ἐν γεωργίᾳ, ᾗ καὶ ἡμεῖς παῖδες ὄντες χρώμεθα, ὅταν ἐν γάστραις γῆν ἐμβάλλοντες φυτεύσωμεν ἢ σῖτον ἢ ἄλλο τι κηπεύσομεν (f. κηπεύσιμον), ὃς (leg. ὡς) ἐν ἡμέραις ὀκτὼ φύσας καὶ ἀναβλαστήσας, μετ᾽ ὀλίγας ἡμέρας ἀπομαρανθῇ. Ταύτῃ τῇ παιδιᾷ παραβάλλει τοὺς γραφομένους λόγους, οὓς καὶ Ἀδώνιδος κήπους καλεῖ, ἐπειδὴ τῶν ἐν γῇ φυομένων καὶ ἀποβιωσκομένων ὁ δεσπότης Ἄδωνις ἐφέστηκεν, πᾶσα δὲ ἡ γένεσις καὶ ἡ φθορὰ ἡ περὶ ἡμᾶς, κήποις ἔοικε.« HERMIAS vaſa, quibus triticum inſerebatur, γάστρας appellat. Vid. SCHNEIDERUS, *lex.* To. I, p. 253. Poſtea adhibet diminutivum γάστριον. »Ὡς ὁ σπείρων ἐν γαστρίοις παιδιᾶς χάριν τοῦτο ποιεῖ, οὕτως καὶ ὁ γράφων μέλαν διὰ καλάμου, παίζων καὶ οὐ σπουδάζων, γράφει.«

In SCHOLIASTE *Theocriti*, XV, 112, legitur: »Εἰώθασιν ἐν τοῖς Ἀδωνίοις πυροὺς καὶ κριθὰς σπείρειν ἔν τισι προαστείοις, καὶ τοὺς φυτευθέντας κήπους Ἀδωνίους προσαγορεύειν.« Vox προαστείοις falſa habetur. Anonymus quidam commendat ἐν ὀστρά-

κοις; Valckenaerius, p. 396, corrigit ἔν τισιν ἀγγεί-οις, Jacobsius, (ad Anthol. gr., vol. XI, p. 166), ἔν τισι κεραμείοις ἀγγείοις. Hermiae ille locus moverat me aliquando, ut legerem ἔν τισι γαστρίοις; hodie vero credo, voci προαστείοις non opus esse correctione. Groddeckius (*Antiquar. Versuche*, to. I, p. 149) et Chossardus (*fêtes et courtisanes de la Grèce*, to. I, p. 109) idem sentire videntur: scholiastes autem non differit, quemadmodum illi contendunt, de *locis quibusdam*, vel *campis*, ubi triticum et hordeum sererentur, in suburbio. Nihil dicit aliud, nisi, dum feriae Adonidis celebrarentur, in nonnullis suburbiis morem fuisse frumentum hordeumque seminandi, nec singulo verbo vasorum mentionem facit, quibus horti isti componerentur.

Feriae Adonidis a meretricibus omni orgiorum genere celebrabantur. Vid. fragmentum Diphili, ab Athenaeo adlatum, l. VII, to. III, p. 67. *ed. Schweigh.*, et Alciphron, l. I, ep. 39. Hic dicit: »Τοῖς Ἁλώοις δὲ ἐν Κολυττῷ ἑστιώμεθα παρὰ τῷ Θεττάλης ἐραστῇ. τὸν γὰρ τῆς Ἀφροδίτης ἐρώμενον ἡ Θεττάλη στέλλει. Ὅπως δ' ἥξεις φέρουσα κήπιον καὶ κοράλλιον, καὶ τὸν σὸν Ἄδωνιν, ὃν νῦν περιψύχεις· μετὰ γὰρ τῶν ἐραστῶν κραιπαλήσομεν.« Piersonus optime Ἀδωνίοις corrigit pro Ἁλώοις; sed quid sibi volunt verba κήπιον καὶ κοράλλιον? Wagnerus: »*Desertum*, inquit, *hic me video ab* »*ope aliorum .... Fortasse, aliquando cogitabam,* »*curaliis usi sunt pro tessellis lusoriis; sed tum plu-* »*ralis sine dubio stare debebat. Erat etiam ubi* »κουράλιον *legi posse hariolarer, ut, praesertim si*

»*ſequens* καὶ *ante* Ἄδωνιν *deleas*, *ad amaſium reſe-* »*ratur ita*: *Venias comitem habens pupulam tuam* »*Adonin. Neutrum placet. Iam vero video, gloſ-* »*ſatori Eichſtad. ſimile quid in mentem veniſſe,* »*quanquam in alio verbo, nempe ad* κήτιον, *adſcri-* »*pſit* νήττιον (*anatula*, *quod an in blanditiis amato-* »*riis in uſu fuerit*(86), *fateor me ignorare*), *vel* κή- »ριον, *Euthydemum nempe.*« Semper cenſui, legendum eſſe κῆπον (vel κήπιον) καὶ κοράλλιον. Κῆπος unus illorum hortulorum eſt, quibus circumvallabatur ſuggeſtum, quod amatori Veneris conſtituebant, et κοράλλιον imagunculam, qua Adonis repraeſentabatur, notare mihi videtur. Plutarchus,

(86) Commentatori, quem Wagnerus ſub nomine *gloſſatoris Eichſtad.* deſignat, veroſimiliter in mente ſuit verſus *Pluti* Aristophanis ille, quem Bentleius ita correxit:

Νηττάριον ἂν καὶ Φάττιον ὑπεκορίζετο.

Vox νηττάριον a Menandro quoque adhibita eſt, quod inter alios unus e commentatoribus ineditis Dionyſii Thracis, quem continet codex Vaticani, N°. 14, refert. Ibi leguntur, ubi ſermo eſt de diminutivis, haec: Τὸ ὑποκοριστικὸν ἐλάττωσίν τινα σημαίνει. Εἴρηται δὲ παρὰ τοὺς κόρους, τουτέστι τοὺς μικροὺς νέους, ἢ τὰς κόρας. Τούτους γὰρ πολλάκις ἢ ταύτας ὑποθωπεύοντες, τοιούτοις κεχρήμεθα ὀνόμασιν. ὡς παρὰ Μενάνδρῳ νητάριον (recentior manus mutavit η in ι, lege νηττάριον). ἢ τὸν (lege ἢ ἐὰν τὸν) Πρίαμον Πριαμύλλιον εἴπωμεν, et paulo antea . . . τῇ ρι (παραλήξει), ὡς ξυλάριον, νηττάριον, δελτάριον . . . . ἢ τῇ φι, ὡς ζωύφιον, δενδρύφιον κ. τ. λ. Ultima haec diminutiva vix in uſu ſunt. Aelianus, N. A. IV, 41, et VII, 47, utitur verbo ὀρνίφιον: codex Vaticani, N°. 997, in utroque loco ὀρνύφιον, quod ſine dubio praeferendum eſt. Vid. l. IX, cap. 37. Obviam quoque ſunt formae ξυλύφιον et ξυλήφιον. Vid. Fischerus, *animadv. ad Weller.* P. II, p. 34. Proxima occurrit, e. c., in fragmento Alexidis, cuius verſionem dedi in promptuario encyclop. (magaſin encyclopedique, année VII.) to. I, p. 295: „*Ramulus myrteus* (ξυλήφιον μυῤῥίνης) *rectus et gracilis*, *inſtar eius*, *quem* lanii *caprarum capitibus imponunt.*“ Sic verti debebat, nec „*inſtar eius*, *quem* coqui etc.“ Vid. de hac vocis μάγειρος ſignificatione Davisius et Marklandus ad Max. Tyr., p. 594 et 698.

(*vita Alcibiadis*, vol. VII, p. 54, *ed. Reiskii*), Ἀδωνίων εἰς τὰς ἡμέρας ἐκείνας καθηκόντων, εἴδωλα πολλαχοῦ νεκροῖς ἐκκομιζομένοις ὅμοια προὔκειντο ταῖς γυναιξίν. Artifices, qui eiusmodi icones effingebant, κοραλλιοπλάσται dicebantur. Vid. Ruhnkenius *in Timaeum*, p. 166. ([87]) Scholiastes *mſcptus Clementis Alexandrini* (προτρ. πρὸς Ἕλληνας, p. 51.) habet vocem κορύλλιον, quam praeterea mihi usquam occurriſſe non recordor. Dicit ille: Κοροκόσμια καλεῖται πλάσματά τινα ἐκ κηροῦ ἢ γύψου, νυμφῶν ἢ παρθένων τινῶν ἀναπλαττόμενα, ἅπερ Δωριεῖς μὲν δαγύρας (leg. δαγύδας. Theocritus, II, 110, et *ſcholia*), Ἀθηναῖοι δὲ κοροκόσμια καλοῦσιν, ἢ τὰ ὑπὸ τῶν κορυλλίων νυμφικά.

Opinio, quam modo propoſui de loco Alciphronis, eſt mera conjectura, cuius veritatem evidenter probare non potero. Jacobsius vero, cum idem fere ſentiat, quoddammodo probabiliorem eam reddit. Vid. eiusdem commentarius in *Anthologiam graecam*, vol. XI, p. 165 ſ. Suadet ibi lectionem κήπιον καὶ κεράμιον; ſed in *ephem. litter. halens.* l. c. ab omni parte mecum conſentit.

Cap. XXXV. Συναντόμενοι] Ita codex, nec συν-

---

(87) Ruhnkenius in aliis laudat quoque lexicon mſpt. St. Germani, inſcriptum, ἄλλος ἀλφάβητος: Κοροκόσμια κυρίως μέν ἐστι τὰ ἐπὶ τῶν τριοδίων πρόσωπα ξύλινα, ἃ δὴ οἱ Ἀττικοὶ κόρας καλοῦσι. τέτραπται δὲ ἐκεῖθεν κἀπὶ τοὺς κόσμους τῶν παρθένων. Ὅλως δ᾽ ἡγοῦνται τὴν λέξιν βάρβαρον. Coraius *ad Iſocrat.* p. 232. mavult legere τριόδων, et ἄλλοι δὲ ἡγοῦνται. Neque hac, neque illa coniectura opus videtur. Vox τριοδίων vero perperam ſcripta eſt, nam ita accentu notanda: τριοδιῶν. Dicitur τρίοδος et ἡ τριοδία.

αντώμενοι. Συναντόμενοι eſt vox poëtica. Phrynichus, *eclog.* p. 126. Συνήντετο καὶ ἀπήντετο ποιητικά. Χρὴ οὖν ἀπήντησε λέγειν καὶ συνήντησε. Cum verbo συνάντομαι idem factum eſt ac cum στέρομαι, ξύρομαι etc., quae librarii aeque ac editores ſaepe mutabant in στεροῦμαι, ξυρῶμαι. Vid. Schaeferus *ad Longum*, p. 364 et 401. In Luciano (Dial. mortuorum, vol. I, p. 337) codices Vaticani offerunt στερόμενοι pro στερούμενοι. Gloſſarium St. Germani mſcptum, ἄλλος ἀλφάβητος: Ξύρεσθαί φασι λέγειν, καὶ ξυρόμενον. Aliud gloſſarium, ab Hermanno editum, p. 324: Ἰστέον ὅτι τὸ ξυρεῖν καὶ τὸ ξύρεσθαι καὶ τὸ ξυρᾶσθαι ἐν χρήσει εἰσὶ παρὰ τοῖς ῥήτορσιν, Ἀριστείδῃ τε καὶ Λουκιανῷ καὶ τοῖς ἄλλοις.

Cap. XXXVI. αἴξ νύμφη] Schneiderus (*Bibl. philol. gott.* III, 5, p. 436): Immerito vox αἴξ bis a littera parva incipit, poſtea μεταβαλὼν in verſione plane praetermiſſum eſt. Nympha Αἴξ a Jove probabiliter, cum et in hac fabula metamorphoſin fieri neceſſe ſit, in capram transfigurata atque in aſtra relata eſt.

Cap. XXXVI. Τιτῆνας] Verheykius non perperam hanc lectionem pro Τιτᾶνας reſtituit. Eadem in codice primaque editione legitur.

Cap. XXXVII. Ἐπεὶ δὲ παραγενόμενον] Poſt hanc paginam, quae his verbis finitur, duo e codice folia reſecata ſunt. Textus pergit demum capite XXXIX, verbis πλεῖστα δῶρα πέμψας.

Ἔντομα θύοντας] Locis a Verheykio p. 29. laudatis addi poteſt lexicon S. Germani, N°. 177:

Ἔντομα, τὰ τοῖς κατοιχομένοις θυόμενα. ἐντέμνεται γὰρ ὁ τράχηλος τούτων, τοῖς δὲ θεοῖς ἀνακλᾶται. ἢ ἔντομα, τὰ εὐνουχισθέντα τῶν προβάτων. τοιαῦτα δὲ ἔθυον τοῖς νεκροῖς ἄγονα, διὰ τὸ καὶ αὐτοὺς εἶναι ἀγόνους.

Καὶ ἔτι νῦν Ἑλληνικὴ μὲν ἐπὰν καθορμίσηται ναῦς, φοιτῶσι πρὸς αὐτοὺς οἱ ὄρνιθες] MUNCKERUS non ſine cauſa credit, maſculinum *αὐτοὺς* ſervandum eſſe, etſi femininum praecedat. Vid. auctores, ab HERMANNO (ad Viger. p. 712) et VALCKENAERIO in Phoeniſſas p. 436. allati. ALCIPHRON, III, 30. *καὶ ὅσον οὔπω τὸ νέφος ἐπέστη τῶν στρουθίων, καὶ πᾶσαι ἐκ τῶν ὀροδάμνων ἐκρέμαντο.* III, 20. *μικρά τινα λιθίδια .... εἶτα καταβροχθίσας ... τὴν μὲν ἐκ ῥινός τινος, τὴν δὲ ἐξ ὠτίου, τὴν δὲ ἐκ κεφαλῆς ἀνηρεῖτο.* III, 24. *Λύκον ἔοικα τρέφειν. Τὸ μιαρὸν ἀνδράποδον ἐμπεσὼν εἰς τὰς αἶγας κ. τ. λ.* Proximi loci interpunctio falſa eſt. Legi debet: *Λύκον ἔοικα τρέφειν τὸ μιαρὸν ἀνδράποδον. Ἐμπεσὼν κ. τ. λ.* (88) Eadem verbi *τρέφειν* conſtructio legitur III, 22. *κυνίδιον ὃ τρέφομεν ἄθυρμα τῇ δεσποίνῃ προσηνές.* PORSONUS *(ad Phoeniſſas*, v. 1730.) quarumdam a regula aberrationum, quae eiusdem fere generis ſunt, mentionem facit. Ipſe locus HERACLIDIS

---

(88) In loco, *καὶ τῷ μὲν ἡ γαστὴρ τῆς κραιπάλης ἐμπίμπλαται, καὶ τὰ λοιπὰ τῇ τενθείᾳ δαπανᾶται*, quem continuo ſequentem legimus, notabilis eſt conſtructio verbi *δαπανᾷν*, cum caſu tertio rarior. SUIDAS: *Δαπανᾷν, οὐ τὸ ἀναλίσκειν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ λαμπρῶς ζῆν, καὶ σπαθᾷν, καὶ δαπανᾷν τὴν οὐσίαν.* Phraſis haec ultima correctior exhibetur a codicibus pariſinis, ubi datur *καὶ δαπανᾷν τῇ ἀσωτίᾳ.* Vid. nota KUSTERI. De verbis *ἡ γαστὴρ τῆς κραιπάλης ἐμπίμπλαται*, comparari poteſt TITUS LIVIUS, IX, 30, *crapulae plenus eſt venter.*

(*alleg. Homer.*, p. 2.) τὰ νήπια τῶν ἀρτιμαθῶν παίδων, defendi poſſe mihi videtur non neceſſariam putanti lectionem παιδίων. Locutioni, qua utitur Longus II, p. 29, τὰ ἔνοινα τῶν βοτρύων, cui Schaeferus V. Cl. ſubſtituere vult τὰ ἐν. τ. βοτρυδίων vel τοὺς ἐνοίνους τῶν βοτρύων, nihil fortaſſe a regula alieni ineſt. Coraius (*in Heliodorum*, p. 10 ſ.) ſine ullo diſcrimine dici ὁ βότρυς et τὸ βότρυον cenſet. Lucianum laudat (vol. III, p. 76), ubi occurrat, στρατηλάτην... βοτρύοις ἐστεφανωμένον. Noto autem, codicem quendam Vaticani, nec viliorem, praebere βότρυσιν, quemadmodum Car. Conr. Reitzius, *ind. Lucian.*, v. βοτρύοις hoc propoſuit.

Cap. XXXIX. Πείθει τροφὸν ἑαυτοῦ, καὶ πλεῖστα δῶρα πέμψας, ἐπειράθη τῆς παιδός] Haud eſt dubium, quin mutanda ſint τροφὸν ἑαυτοῦ in τροφὸν αὐτῆς. Ἐπειράσθη dici poſſet, ſed ἐπειράθη non falſum eſt. Vid. Abreschius, lect. Ariſtaen., p. 18 et 44. Valesius (*ad Euſebium, hiſt. eccleſiaſt.* l. VIII, cap. 2. p. 378) adnotavit, voces πεπειραμένος et πεπειρασμένος non eiusdem notionis eſſe, quia altera ſignificet *expertus*, altera *tentatus*. Equidem neſcio, an haec differentia ubique valeat.

Εἴ πως αὐτῷ δύναιτο κρύφα μιχθῆναι τῶν γονέων] Verheykio magis placet, legi αὐτῇ, quod Piersonus coniecit. Lectio vero vulgata non eget correctione. Cap. XLI, ἐπειρᾶτο τῆς Πρόκριδος, εἰ συμμένειν ἀδιάφθορος αὐτῷ ἐθελήσαι. Piersonus non meminerat, verbum μίγνυσθαι de utroque ſexu pari iure dici poſſe. Vid. Lamb. Bosius *in Thomam*

Mag., p. 616. Exemplis laudatis adiungi poſſunt Scholia *Apollonii Rhodii*, I, 932. Διονύσου ἐρασθεῖσα Ἀφροδίτη ἐμίγη αὐτῷ, et Alciphron, l. III, ep. 1, ἢ τούτῳ μιγήσομαι (γαμήσομαι inutilis coniectura) ἢ τὴν Λεσβίαν μιμησαμένη Σαπφὼ . . . . ἐμαυτὴν εἰς τὸ κλυδώνιον ὤσω. Scholiastes *Theocriti*, XV, 64, τὸν γὰρ Δία μυθολογεῖ ἐπιβουλεύειν τῇ Ἥρᾳ μιγνῦναι. Secundum codicem pariſienſem, N°. 2832, legatur μιγῆναι. Vocem κρύφα ſaepe excipit genitivus, uti λάθρα et λαθραίως. Phlegon Trallianus, p. 8, λάθρα (codex noſter ſemper λάθρᾳ vel potius λάθραι) τῶν γεννησάντων. Alciphron, III, 27, λαθραίως τῆς μητρός.

Ἐξήλασαν ἐκ τῶν οἰκίων] Codex οἰκιῶν.

Cap. XL. Καὶ ἱρὸν ἤγαγον ὡς θεῷ] Codex ἵρον (*ſic*), editio Xylandri ἶρον. Verheykius textum reſtauravit legens ἱρὸν, forma ionica, pro ἱερόν. Vid. ſupra p. 49. Ἄγειν ἱερόν τινι ſignificat *ſacrificium alicui inſtituere*. Phraſis ſynonyma ἱερὰ ποιεῖν, cap. VI, ἱερὰ διδόναι, cap. XV, ἱερὰ προσενεγκεῖν, cap. XXIX. Legimus cap. XX, τὴν τῶν ὄνων θυσίαν ἐν Ὑπερβορέοις ἀγομένην. Conon, XIX, καὶ θυσίαν ἄγουσι καὶ ἑορτὴν ἀρνίδα. Phraſis θυσίαν ἀνάγειν ſaepius occurrit in Herodoto. Vid. Raphel. *adnot. phil. in N. T.*, vol. II, p. 47 ſ.

Ὠνόμασαν αὐτὴν Ἄφαιαν] In codice αφαιαν (*ſic*). Tabula capitum correcte exhibet Ἄφαιαν.

Cap. XLI. Auctoris, quem Antoninus transſcripſit, nomen non effertur; ſed locus Pollucis *onomaſt.* V, p. 495 probabile facit, illum adhuc

esse Nicandrum, in *metamorphosibus.* Vid. Schneiderus, *Bibl. phil. gott.* l. c.

Καθ' ἥντινα πρόφασιν ἐσκέψατο εἰς θήρας ἰέναι] Codex et prima editio ἐσκήψατο, nec video, quare Munckerus hoc mendosum putet. Ἐσκήψατο ἰέναι εἰς θήρας καθ' ἥντινα πρόφασιν, significat, *quemcunque praetextum capiebat, ut venatum iret.* Longus (l. III, p. 69. *ed.* Villoisonii) utitur phrasi πρόφασιν σκηψάμενος, quae idem exprimere videtur ac πρόφασιν προφασισάμενος. Vid. de hoc loco Locella *(ad Xenoph. Ephes.*, p. 210). Libanius, vol. III, p. 295, *ed. Reiskii*, βουλόμενος δὲ σκῆψιν ἅπασαν αὐτοῖς προανῃρῆσθαι. Nonnulli codices addunt προφάσεως. Haec lectio, cui nihil pleonasmi linguam obsendentis inest, textu vulgari potior est. Σκῆψις προφάσεως est *actio praetextum capiendi, simulandi.* Pseudoplutarchus *de fluviis*, cap. XVI, §. 1, Ἴσιδος δὲ αἰφνιδίως ἐπιφανείσης, τὴν λύπην πρὸς καιρὸν ὑπερέθετο, καὶ προσποιητὴν χάριν σκεψαμένη, τὴν θεὸν ὑπεδέξατο φιλανθρώπως. Verba χάριν σκεψαμένη corrupta sunt. Codex χαρὶν σκέψαμένη *(sic).* Auctorem scripsisse opinor προσποιητὴν χαρὰν σκηψαμένη, *simulatum gaudium prae se ferens, laetum se simulans.* Paullo post codex ὅπως ἀναγάγῃ τὸν υἱὸν αὐτῆς ἐκ τῶν καταχθονίων τόπων, pro ὅπ. ἀγάγῃ κ. τ. λ.

Ἄνδρα οἰκέτην] Codex, ἄνδρα οἰκέτην (sic) [ιή written above], quod equidem haud intelligo, nisi οἰκιήτην forma ionica est pro οἰκέτην, sicuti πολιήτης pro πολίτης. Apollonius Dyscolus msf. περὶ συνδέσμων (ubi loquitur de

pleonasmo litterae η apud Iones), haec habet: ὡ λόγῳ καὶ τὸ λεγοίη, φεροίη πλεονάζουσιν τὸ η, καὶ ὡς ἀπὸ τοῦ ἐγὼν τὸ ἐγώνη παρὰ Ταραντίνοις, καὶ ἐν μέσῃ λέξει τὸ πολεμήϊα, πολιήτης, μυθιήτης, καὶ ἐν ἀρχῇ τὸ ἠβαιὸν κ. τ. λ. Vid. Hesychius, qui re vera dicit, Οἰκιητὴς (ſic pro οἰκιήτης), ὠνητὸς δοῦλος. Henricus Stephanus, theſ. to. II, p. 1220. C.: »Οἰκιητὴς apud Heſychium »ὠνητὸς δοῦλος, emptitius ſervus, vel potius ſervus »aut famulus domeſticus, ut οἰκέτης. In veteri »lexico vero οἰκητής (ſic).«

Καταλαβοῦσα δ' αὐτὸν ἐχόμενον ὑπ' ἀτεκνίας, ὑπισχνεῖτο καὶ ἐδίδασκεν τὸν τρόπον αὐτῷ, ὄφεις καὶ σκορπίους καὶ σκολοπένδρας, εἰ γένοιντο παῖδες· ὁ γὰρ Μίνως οὔρεσκεν· καὶ ἀπέθνησκον αἱ γυναῖκες ὅσαις ἐμίγνυτο] Coniectura ὑπισχνεῖτο διδάσκειν mihi inutilis videtur. Verba εἰ γένοιντο παῖδες· ὁ γὰρ Μίνως οὔρεσκεν, ad marginem codicis ſcripta ſunt, loco textus, cui inſerenda ſint, nusquam notato. Xylander poſt σκολοπένδρας locum iis dedit, ego vero non dubito, quin auctor ea poſt αὐτῷ collocaverit; ergo textus hoc modo reſtituatur: καταλαβοῦσα δ' αὐτὸν ἐχόμενον ὑπ' ἀτεκνίας, ὑπισχνεῖτο καὶ ἐδίδασκεν τὸν τρόπον αὐτῷ, εἰ γένοιντο παῖδες· ὁ γὰρ Μίνως οὔρεσκεν ὄφεις καὶ σκορπίους καὶ σκολοπένδρας (codex et prima editio, σκολυπένδρας), καὶ ἀπέθνησκον αἱ γυναῖκες ὅσαις ἐμίγνυτο. »Cum vi- »deret Minoem progenie deſtitutum, promiſit (eum »docere), et docuit, quae facere eum oporteret, ſi »liberos ſibi naſci cuperet. Minos enim, etc.« Jacobsio (*ephem. litt. hal.* l. l.) magis placet ὑπι-

σχνεῖτο τέκνα καὶ ἐδίδ. τ. τρ. αὐτῷ, ᾗ (*qua via, quemadmodum*) γένοιντο παῖδες. Sin autem opus eſt, addit, haec notio e ſequenti voce παῖδες ſuppleri poteſt. Οὔρεσκεν forma ionica eſt, quam auctor a poeta transſcripto deſumſit. MUNCKERUS immerito eam improbat. Neque magis legendum eſt θούρεσκεν ὄφεις, quomodo legitur θρώσκων κνώδαλα in HESYCHIO. Vid. HEMSTERHUSIUS, to. I, p. 1758. Verbum οὐρέω interdum, uti latinum *mingere*, *ſemen emittere* ſignificat. PERSIUS, *ſat.* VI, v. 73. *Patriciae immejat vulvae.* TZETZES *in Lycophr.* v. 328, οἱ τρεῖς τῇ τοῦ σφαγέντος βύρσῃ ἐνούρησαν, i. e. quemadmodum dicit EUDOCIA, p. 441. εἰς βύρσην ἀπεσπέρμαινον. Vid. PETITI *miſcell. obſerv.*, p. 154. ſq. et BRUNCKIUS *ad Ariſtophanem (Ranae*, v. 95.).

Καὶ προσυπέσχετο δώσειν] SCHAEFERUS *in Longum*, p. 388: »*Compoſitum* προσυπισχνεῖσθαι *ex* »*Antonino Liberali excitavit Dan. Scottus in Ap*»*pend. ad H. Stephani theſaurum, unde in lexica* »*recentiora migravit. Sed locus Antonini corru*»*ptus eſt: ut verbum illud, ſi hac ſola auctoritate ni*»*titur, locum in lexicis obtinere nequeat.*« In ARISTIDE quoque, to. I, p. 371, *ed. Jebbii*, occurrit, προσυπισχνοῦντο ὑπὲρ τοῦ τινὲς εἶναι δοκεῖν. »*Corrige* »*mecum*, καὶ Πρ̄ος (i. e. Πρόκρις) ὑπέσχετο δώσειν, »εἰ αὐτῇ κ. τ. λ.« XYLANDER eodem modo transtulit, PROCRIS *id ei promiſit.* Conjecturam probabilem habeo, quamvis ignota mihi eſt ſcriptura contracta Πρ̄ος pro Πρόκρις. Codex quidam APOSTOLII, cuius varias habeo lectiones, nomen Πρό-

κρις in πρὶς contrahit, XIV, 96, p. 179, θεραπευθῆναι ὑπὸ πρίδος τοῦ Πανδίονος. Editio PLANTINI offert, Κριδός. Replendum eſt Πρόκριδος, quod legitur in PALAEPH. (de incred. hiſt., c. 2.) unde hic locus transſcriptus. Vid. VERHEYKIUS *ad Antonin. Liber.*, p. 274.

Καὶ ἔπειθε βῆναι εἰς ἄσσον τῷ κυνί] Codex nihil aliter. Verbum εἰσάσσω (εἰσαΐσσω) in vocibus, circa quas tanta coniecturarum copia prolata eſt, fortaſſe latet.

Ἦν δὲ θεμιτὸν, οὔτε τὴν ἀλώπεκα καταληφθῆναι ὑπό τινος] Τὴν ἀλώπεκα correxit XYLANDER; in codice legitur τῇ ἀλώπεκι.

ADNOTATIONES

DE PARTHENIO.

Primam Parthenii editionem curavit, praeeunte noſtro codice, qui unus, quantum noſcitur, exſtat (89), JOANNES CORNARIUS medicus, *Baſileae, apud Frobenium*, 1531, 8. FABRICIUS *(Bibl. gr.*, vol. IV, p. 311, *ed. Harleſii)*: »*Primus*, inquit,

---

(89) ABRESCHIUS, *animadv. ad Aeſchyl.*, vol. I. p. 661. mentionem facit fragmenti mſpti PARTHENII, quod in Hollandia vidit et manu DAN. HEINSII originem debere putavit. Complectebatur id capita priora octo, ac finiebatur verbis, ὁ δὲ Διόγνητος οὐδέν. Si ſecundum quasdam lectiones vix aliquid probantes, quas affert, iudicium ferre velimus, illud nil eſt niſi apographum vel noſtri codicis, vel unius primarum editionum.

»συναγωγὴν *Antonini Liberalis e codice Palatino* »*una cum Parthenio edidit graece vir praeſtan*»*tiſſimus* Guil. Xylander, *ſuamque ſeorſim ſub*»*iunxit latinam interpretationem. Baſil. a.* 1568. »8.« Quod ſatis accurate relatum eſſe dubito, primum quia nusquam inveni, Xylandrum Parthenium edidiſſe, tum quia difficile is creditur eodem anno 1568 procuraſſe duas Antonini Liberalis editiones, alteram, de qua iam ſupra dictum eſt, una cum Phlegonte Tralliano, Antigono Caryſtio etc., alteram iuncto textu graeco Parthenii. Sed fieri quidem potuit, ut Fabricius conjunctos videret Antoninum Xylandri et Parthenium; textus autem huius auctoris graecus fuit Cornarianus, cuius paginae numeris non ſunt inſignitae, et quem aliquis eodem volumine ligari iuſſerit.

Titulus operis idem eſt in codice, qui in prima editione, Παρθενίου περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων. In fine legitur Παρθενίου Νικαέως π. ἐρ. π. Tabula capitum, quam Cornarius textui praefixit, a codice eadem exhibetur.

Epiſtola dedicatoria. In codice initia ſequenti modo diſtincta ſunt: Μάλιστά σοι δοκῶν ἁρμόττειν, Κορνήλιε Γάλλε, τὴν ἄθροισιν τῶν ἐρωτικῶν παθημάτων ἀναλεξόμενος, ὡς ὅτι μάλιστα ἐν βραχυτάτοις ἀπέσταλκα· Recentior manus correxit ἀναλεξάμενος, quod in omnibus editionibus legitur. Perfectum ἀπέσταλκα gaudet ſignificatione praeſentis, qui eſt mos in ſtilo epiſtolari, praeſertim in latina lingua. Eodem modo dicit Alciphron, l. III, ep. 50, ἐκ τούτων λάχος σοι τὰς πίονας καὶ εὐσάρκους

ἀπέσταλκα πέντε εἴκοσιν. LENNEPIUS *(ad epistolas Phalaridis,* p. 155.) haec observat: »*Breviter, quid factum, scripturus, quasi id iam scriptum esset,* γέγραφα, *inquit.*«

Κατανοήσεις ἐκ τῶνδε τὰ πλεῖστα. αὐτῷ τε] Ita codex verba interpungit. Editiones *Legrandiana* et *Heyniana* priores falso, καταν. ἐκ τῶνδε. τὰ πλεῖστα αὐτῷ κ. τ. λ.

Αὐτῷ τε παρέσται] TEUCHERUS in editione *Parthenii* (Lips. 1802) dedit αὐτῷ γε παρ. Corrigendum est secundum codicem, αὐτῷ τε σοὶ παρέσται.

Διὰ τὸ μὴ παρεῖναι τὸ περιττὸν αὐτοῖς. ὃ δὴ σὺ μετερχόμενος, χεῖρον ἂν περὶ αὐτῶν ἐνενοήθης] Ita fert textus *Heynianus.* In prima editione legitur ὃ δὴ σὺ μετέρχων, χεῖρον ἂν π. α. ἐ., et translatum est, *quod (superfluum) transilire possis ob verbositatis taedium eis factus iniquior.* TEUCHERUS dedit ὃ δὴ σὺ μ ε τ α τ ρ έ χ ω ν χεῖρον ἂν περὶ αὐτῶν ἐ ν-ν ο η θ ῇ ς. Codex fert: ὃ δὴ σὺ μετέρχῃ, χεῖρον περὶ αὐτῶν ἐνενοήθης. Phrasis nondum satis perspicua; librarius quoque margini inscripsit lineolam, qua dubium indicatur. Equidem corrigo: διὰ τὸ μὴ παρεῖναι τὸ περιττὸν αὐτοῖς, ὃ δὴ σὺ ἐὰν (vel εἰ) μετέρχῃ, χεῖρον περὶ αὐτῶν ἐνενοήθης, *quod tu quidem cum invenias, secius de illis existimare soles.* Gallus poeta haud amabat narrationes fusiores.

Cap. I. Ἱστορεῖ Νικαίνετος Λύρκῳ, καὶ Ἀπολλώνιος Καύνῳ] CORNARIUS vertit: *Haec historia est et apud Nicaenetum in Lyrco, et Apollonium Rhodium in Cauno.* Videmus, cum habuisse textum,

qui differebat ab eo, quem dedit. Restitui debet duce codice, ἡ ἱστορία παρὰ Νικαινέτῳ ἐν τῷ Λύρκῳ, καὶ Ἀπολλωνίῳ Ῥοδίῳ Καύνῳ.

Καθῆκεν] Haec vox explicata est in notis ad *Heroica* Philostrati, p. 517.

Ἐν δὲ αὐτοῖς Λύρκον τὸν Φορωνέος] Meursius (*ad Hesych. Miles.*, p. 230.) scribit ἔν τε αὐτοῖς κ. τ. λ. Codex nihil mutat; sed pro Φορωνέος offert Φορωνέως, quod recipiendum est. Φορωνεὺς, Φορωνέως, sicut Ὀδυσσεὺς, Ὀδυσσέως. Nomen Φαρωνέως, quod legitur in *Timaeo* Platonis (vol. IX, p. 290) et in eius scholiaste p. 203, corruptum est, et mutandum in Φορωνέως.

Εἰλεβίην] Codex per totum hoc caput Εἱλεβίη spiritu aspero. Paullo post ibi legitur ἀποδασάμενος, quod Heynius restituit secundum primam editionem. *Commeliniana* et *Galeana* falso ἀποδωσάμενος. Vid. Piersonus *in Moerin*, p. 87.

ἢ ἂν ἐκ τοῦ ναοῦ χωρισθεὶς πρώτῃ συγγένηται] Ita Galeus correxit pro κἂν ἐκ τ. ν. A codice confirmatur, ubi quoque invenitur ἠπείγετο pro ὑπείγετο.

Βύβαστον] Codex Βούβαστον.

πολλῇ μέθῃ παρεῖτο] Teucherus π. μ. βαρεῖτο, quod verosimiliter error typographicus est.

Δι' ἔριδος μέντοι ἐγένοντο] i. e. ἤριζον. Haec periphrasis elegans habita est. Cap. X, μηδὲ διὰ λόγων ἔσθ' ὅτε γινόμενον αὐτῇ. Themistocles, ep. 9, ἀνθ' ὧν ὑπὲρ τῆς πρεσβείας τῆς μετὰ σοῦ δι' ἔχθους ἡμῖν ἐγένοντο, ep. 3, ὑπὲρ σοῦ μοι δι' ἀπεχθείας ἐγένοντο. Phrynichus, Προπαρ. Σοφ. Ms. phrases δι'

ἔχθρας γενέσθαι, καὶ δι᾽ ὄχλου γενέσθαι, quas apud optimos auctores legimus, notavit.

Ποῖα ἐδεδράκει] Codex manifeste exhibet οἶ, et parvulum spatium inter οἶ et ἐδεδράκει. Lege οἷα ἐδεδράκει. — Οἶ, οἷα et οἷον saepissime a librariis commista sunt. Alciphron, l. III, ep. 59, πρὸς τὸ παράδοξον τῆς ὄψεως ἀγωνιῶ, καὶ δέομαι, οἷον φέρει τὸ ὄναρ, μαθεῖν παρὰ τῶν τοιαῦτα (codices parisienses, τὰ τοιαῦτα) ἀκριβούντων. Οἷον φέρει non est optimae notae. Legendum est secundum codicem N°. 1696, οἶ φέρει, i. e. εἰς τί φέρει. S. Joannes Chrysostomus (*in laud. Pauli Apost.*, p. XLIV, ed. Lugdun. Bat., 1784), ἕτερον δὲ οὐδὲν τῶν μὴ φερόντων ἐνταῦθα, *nihil eorum quae huc non spectarent.* Valckenaerius in nota observat: »Φέρειν εἴς τι *et de aliis rebus adhibetur, et de portentis vel oraculis, huc vel illuc spectantibus.*« Locis, quae ille laudat, addi potest Eunapius, p. 155, εἴποιμ᾽ ἂν ὅπῃ τὸ φαινόμενον εἰς τὸ μέλλον φέρει. Vid. quoque Facius *in Pausaniam*, vol. III, p. 152.

Σύνεργος ἐγίνετο] Ita omnes editores accentum imposuerunt. Codex correcte συνεργὸς ἐγίνετο. De differentia inter συνεργὸς et σύνεργος vid. Reitzius *de prosod. gr. accent. inclin.*, p. 110. Orvillius adnotat. ad *Charitonem* p. 266: »*Grammaticorum distinctio inter* σύνεργος *et* συνεργὸς *nondum mihi se probavit.*« Fieri hoc potuit, cum editores eam raro servaverint; nec vero ita est in codicibus, qui ex maiori parte optimi duces sunt in verbis accentu notandis. Herennius Philo p. 166. *ed. Valck.* ἑταῖρος ὁ σύνεργος καὶ ἐν παντὶ συναιρόμενος. Restitua-

ſtituamus συνεργὸς, ſecundum codicem ipſum (N°. 1270. Pariſienſ.), unde hic auctor editus eſt.

Cap. II. Ἱστορεῖ Φιλητᾶς Ἑρμῇ] CORNARIUS haec verba omiſit, GALEUS ad verſionem latinam ea ſupplevit. Codex ex errore vulgatiſſimo (vid. ad *Antig. Car.* c. 8.) Φιλίτας pro Φιλητᾶς. RUHNKENIUS, *epiſt. crit.*, p. 284, coniecit ἱστορεῖ Φιλητᾶς καὶ Ἑρμησιάναξ.

Ἀφίκετο πρὸς Αἴολον καὶ Μελιγουνίδα νῆσον, ὃς αὐτὸν κατὰ κλέος σοφίας τεθηπώς] Ita codex. Editio prima ὡς et τεθυπώς. Vocem καὶ ante Μελ. νῆσ. quia importunam iure cenſebat HEYNIUS, proponit κατὰ Μ. ν. Equidem praeferam εἰς Μ. ν. Cap. I, ἀφικόμενος δὲ εἰς Καῦνον πρὸς Αἰβίαλον. Cap. XII, μὴ ἀφίξεσθαί ποτε εἰς τὴν νῆσον. Cum codex nihil commutet, non facile eſt, conſtructionem, qua auctor uſus ſit, certo indicare.

Τά τε περὶ Τροίης ἅλωσιν] Τε eſt additamentum LEGRANDI, a codice non approbatum, mihique inutile viſum.

Διεπυνθάνετο, ξενίζων τε αὐτὸν πολὺν χρόνον διῆγε] Haud accuratiſſime verſum eſt, *multo autem tempore eius hoſpitio uſus eſt.* Verbum διῆγε pertinet ad Aeolum, non ad Ulyſſem. Eſt activae ſignificationis, et notat *oblectare*, tempus alicui gratum reddere, ſive bene nutriendo, ſive diebus feſtivis ipſi inſtitutis. Vid. HEMSTERHUSIUS *in Thom. Mag.* p. 213. Legimus in PHRYNICHO, Προπαρ. Σοφ. Ms., Τρέφειν καὶ διάγειν ἐν πολλοῖς ἀγαθοῖς· τίθεται ἐπὶ τῶν πάσῃ ἐπιμελείᾳ καὶ δαψιλείᾳ ἐπί τινα χρωμένων. PHILOSTRATUS, *vita Apoll.*, l. V, cap.

42, οὐδ' ἐπὶ τὰ . . . ῥαχιζόμενα τῶν ἱερείων ἦγεν (lege ἧκεν secundum Hemsterhusium, *obs. miscell.* vol. VI, t. 2, p. 346, vel ἧττεν, secundum Jacobsium, *epist. critic. ad Schneid.*, p. 43.), ἀλλὰ μελιττούταις διήγετο καὶ ἄρτοις καὶ τραγήμασι (90). Διαγωγὴ saepissime occurrit *oblectamenta vitae* notans. Vid. Matthaei *ad Nemesium* p. 56 sq.

Τῷ δ' ἄρα καὶ αὐτῷ ἦν ἡ μονὴ ἡδομένη] Codex ἡ μόνη ἡδ., et hanc lectionem sequutus est Cornarius, cum verteret, *huic ergo ipsi* unica *erat filia dilecta.* In textu graeco ipso dedit ἡ μονὴ (*mansio*), quod editiones subsequentes merito conservarunt. Pro ἡδομένη corrigendum est ἡδομένῳ, quod proposuerunt Legrandus et ex multo iam tempore ante hunc Leopardus, *emend.* l. IV, cap. 24.

Καὶ τούτοις μετὰ πολλῶν δακρύων καλινδουμένη] Ita codicem recentior manus correxit. Hic exhibet δακρύωναλινδουμένη, i. e. δακρύων ἀλινδουμένη, quod non aliter commutandum est, quam in ἐναλινδουμένη. Dicitur ἀλινδεῖσθαι, καλινδεῖσθαι et κυλινδεῖσθαι. Vid. Berglerus *ad Alciphronem,* I, 23. Apud posteriorem auctorem invenimus quoque εἰλινδεῖσθαι; sed codices parisienses boni in

(90) Ab initio capitis legitur, λέοντα ἵμερον ἀπὸ ῥυτῆρος ἦγέ τις, ὥσπερ κύνα. Pro ἵμερον restituendum est ἥμερον. Aelianus, N. A. XVII, 26, p. 549, καὶ ἡμεροῦνταί γε (οἱ λέοντες) καὶ γίνονταί γε ῥᾷστα τιθασσοὶ, ὡς ἄγειν τε ὑπὸ ῥυτῆρος. Magis mihi placet ἀπὸ ῥυτῆρος, quod legitur in codice Vaticani, N°. 997. Vid. quoque l. XII, cap. 34. Phrasis σπεύδειν ἀπὸ ῥυτῆρος saepe significat, *festinare, currere effusis habenis,* quemadmodum Wesselingius hoc demonstravit, observ., p. 131. Phrynichus, Προπαρ. Σοφιστ. Ms., Ἀπὸ ῥυτῆρος τρέχειν ἵππον· οἷον ἀπὸ χαλινοῦ, ἢ ἄνευ χαλινοῦ.

huius formae locum ſupponunt ἀλινδεῖσθαι. Vid. SCHNEIDERUS (gloſſarium graeco-german., to. I, p. 564.). PHRYNICHUS, Προπαρ. Σοφ. Ms., Ἀλινδήθρα· ὁ τόπος, ἐν ᾧ καλινδοῦνται οἱ ἵπποι καὶ ἄλλοι ἐξακούμενοι τὸν κάματον. ἔστιν τι ῥῆμα κυλίω, ὃ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ ᾱ καλίω, εἶτα προσθήκῃ τοῦ δ̄, καὶ ἐπεισαγωγῇ τοῦ ν̄, καὶ μεταβολῇ τοῦ τόνου, καλινδῶ. τούτου κατὰ ἀποβολὴν τοῦ κ̄ ἀλινδῶ, καὶ ὥσπερ κολυμβῶ κολυμβήθρα, καὶ στωμιλλῶ στωμυλλήθρα διὰ δύο λλ, οὕτως ἀπὸ τοῦ καλινδῶ, καλινδήθρα, καὶ ἀποβολῇ τοῦ κ, ἀλινδήθρα.

Τὴν δὲ Πολυμήλην ἐν νῷ ἔσχε τίσασθαι] CORNARIUS plane contra ſenſum vertit, *Polymelam vero in animo habuit* OCCIDERE. Τίσασθαι vel ſignificat *punire*, vel *ulciſci*. In ſenſu priori redit cap. VIII, ubi eodem modo legitur, ἐν νῷ εἶχεν αὐτὴν τίσασθαι, et cap. XIV, ἐν νῷ εἶχε τίσασθαι αὐτόν. — Παραιτεῖται idem eſt quod αἰτεῖται. Cap. X, παρὰ τῶν πατέρων αἰτησάμενος αὐτὴν, ἠγάγετο γυναῖκα. Cap. XX, παρ' αὐτοῦ παραιτεῖσθαι τὴν κόρην.

Καὶ ποιεῖ τὸν πατέρα αὐτῷ συνοικίσαι] Suadente codice legamus, καὶ πείθει τὸν πατ. CORNARIUS: ET PERSUASIT *quo concederet*. Verba πείθειν et ποιεῖν in codicibus quoque confunduntur. Vid. REISKIUS *ad Libanium*, p. 650 et 958. CHARITON I, p. 8, τὴν ἅβραν γὰρ τῆς Καλλιῤῥόης . . . . προσπίπτων φιλεῖν ἐποίει. μόλις οὖν ἔκειτο, πλὴν ὑπηγάγετο τὴν μείρακα μεγάλαις δωρεαῖς, ποῖ τε λέγειν ἀπάγξεσθαι μὴ τυχὼν τῆς ἐπιθυμίας. Equidem corrigo, φιλεῖν ἔπειθε. μόλις οὖν ἐκεῖνος, πλὴν — δωρεαῖς τῷ τε λέγειν κ. τ. λ.

O 2

Cap. III. Αἴολον] Codex Αἰόλον, non hoc ſolo loco, ſed per totum praecedens caput.

Οἰκείως ὑπεδέξατο] Cum codice legendum eſt, οἰκείως τε ὑπεδέξατο.

Σύμβολά τινα δοῦσα] Ita Heynius mutavit lectionem συμβόλια, quam obviam invenimus in ceteris editionibus. Reſtituendum eſt συμβόλαιά τινα, duce codice.

Πρὸς τῆς αὐτὸς αὑτοῦ γενεᾶς] Codex αὑτοῦ, quod Legrandus coniecit. Confirmat etiam correctionem ἐτελεύτησεν pro ἐτέλευτεν primarum editionum. Αὐτὸς αὑτοῦ eſt modus loquendi ea, qua ab auctore uſurpatur, ratione raro obvius. Plerumque cum ſuperlativo vel comparativo gradu iunctus eſſe ſolet. Sophocles, *Oedip. Colon.*, v. 930, αἰσχύνεις πόλιν Τὴν αὐτὸς αὑτοῦ. Lucianus, vol. II, p. 417, ὑπὲρ τῆς αὐτὸς αὑτοῦ δόξης ἑκάτερος ἀποτείνασθε. Aristides, to. I, p. 128, ὥσπερ σαγηνεύων τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτὸς αὑτοῦ. To. II, p. 148, ἀφ' ἑστίας ἀρξάμενος τῆς αὐτὸς αὑτοῦ. Dio Chrysostomus, vol. II, p. 437, οὔτε τοῖς αὐτὸς αὑτοῦ χρῆσθαι νόμοις. Nicolaus Soph. Ms. ἐν διηγήματι τῷ κατὰ τὸν Νάρκισσον· γίνεται ἡ πηγὴ τῆς ὥρας κάτοπτρον· ὡς ἐν πίνακι τῷ ῥεύματι γράφει τὸν Νάρκισσον, καὶ τοῖς αὐτὸς αὑτοῦ βάλλεται Νάρκισσος. Julianus *in Conſtantium*, p. 40 *ed. Schaef.* κτείνας μὲν αὐτὸς τὸν αὑτοῦ δεσπότην. Codex pariſienſis N°. 2964, κτ. μὲν τὸν αὐτὸς αὑτοῦ δεσπ. et ita corrigendum. Vid. quoque Libanius, IV, p. 584, ubi Reiskius male edidit ταῖς αὐτὸν αὑτοῦ χερσὶν, p. 599 et 807.

Ἀκάνθῃ τρωθείς] I. e. ἀκανθοπλήξ. Hemsterhusius *ad Thom. Mag.*, p. 24, docte differit de adjectivis in πλήξ. Equidem hic addam obfervationes quasdam: I., Omni iure ille repudiat formam ἀκανθοπληγὴς, laudatam a Casaubono *ad Athenaeum* (to. IV, p. 45. *ed. Schweigh.*). Quam maxime miror, Villoisonium quoque voce ἀκανθοπληγὴς ufum effe (*Anecd. gr.* II, p. 94.). Lexica praeter κυματοπλὴξ praebent κυματοπληγής. Haecce forma, quae in Athenaeo, VIII, p. 320, exftare dicitur, falfa eft nulliusque fcriptoris auctoritate probata, cum Schweighaeuserus codice quodam ductus κυματοπλῆγες pro κυματοπληγεῖς receperit. Verbo, adiectiva in πληγης apud melioris notae fcriptores nusquam reperiuntur; in Oppiano tantum, *Cyneg.* II, 142, me legere memini:

Συρόμενος κρημνοῖσι καὶ ὑδατοπλήγεσιν ἄκραις,

atque praeterea lectio ὑδατοπλήγεσιν non omnino certa eft. II., Locus *fcholiaftae (recentioris) ad Sophocl. Electr.* 5, ab Hemfterhufio citatus, cum pluribus aliis eiusdem fcholiaftae e lexico technologico Philemonis transfcriptus eft. III., De verborum in πληξ accentu quidam grammatici contendunt, illa, fi fignificatione activa gaudeant, effe ὀξύτονα, fi paffiva, παροξύτονα. Philemon l. l. (v. Phavorinus, in voc. ἔμπληκτος) non fcribit παραπλὴξ, fed παράπληξ, κατάπληξ. Haec diftinctio minime fervata eft, contra fcribitur παραπλὴξ, ἀκανθοπλὴξ, κ. τ. λ. Vid. *Thom. Mag.*, et praefertim Eustathius loco ab Hemfterhufio laudato: (Iliad. Z, p. 629, v. 56.) Περίεργόν φασι λέγειν, ὅτι τὰ μὲν δρα-

στικὰ ὀξυτονεῖται, τὰ δὲ παθητικὰ βαρύνεται. πάντα γὰρ οἱ ἀττικοὶ ὀξύνουσι δίχα τοῦ ὕσπληξ. Hoc forſan valet adhuc in voce βουπληξ, cuius accentu duae ſignificationes diſtinguuntur. PHAVORINUS: Βούπληγες, οἱ πληγέντες ὑπὸ τῶν βοῶν· βουπλῆγες δὲ οἱ πλήσσοντες τοὺς βόας. IV., Hemſterhuſius omnia fere, quae innotuerunt, adiectiva in πληξ edit, quibus BERNARDUS *ad Thom. Mag.*, p. 578, addi vult verbum ὀξυπλὴξ, epitheton a SOPHOCLE Acheronti attributum. Vid. BRUNCKIUS, *fragm. Sophocl.* p. 441. Vox ὀξυπλὴξ lexicographis ignota eſt.

Cap. IV. Νίκανδρος ἐν τῷ περὶ ποιητῶν] Codex cum prima editione, ἐν τῷ περιποιήτῳ.

Ἐκ θεοῦ κατεχομένην] Ita GALEUS coniecit pro ἔκ του κατ. Sed legi debet ſecundum codicem, ἔκ του θεῶν κατεχομένην. ARISTIDES, vol. I, p. 529, ὥσπερ ἐκ θεῶν του καταπεμφθεὶς. HELIODORUS, l. I, p. 5, ἱέρειαν ὑπό του θεῶν ἐκμεμηνυῖαν. Ita fert textus CORAII et codicis Veneti, N°. 409. Reliquae editiones minus accurate, ὑπὸ τοῦ θεοῦ. L. VI, p. 234, καιροῦ καὶ ταῦτα εἰς καλὸν ἔκ του θεῶν, ὡς ἔοικε, παραπεπτωκότος. L. X, p. 428, εἴτε καὶ ἔκ του θεῶν ὁρμῇ χρησάμενος.

Ὁ οὖν Ἀλέξανδρος αὐτὴν (τὴν Οἰνώνην) ἀγαγόμενος παρὰ τοῦ πατρὸς εἰς τὴν Ἴδην, εἶχε γυναῖκα, καὶ αὐτῇ φιλοφρονούμενος μηδαμᾶ προλείψειν, ἐν περισσοτέρᾳ τε τιμῇ ἄξειν] Hic locus aperte mendoſus eſt. LEGRANDUS ad vocem φιλοφρονούμενος notat: »Addendum videtur ὑπέστη vel ὑπέσχετο, niſi rectius φιλοφρόνως ὑπέστη.« Equidem opinor ſim-

plicius mutari vocem αὐτῇ in verbum αὐχεῖ, quo exoritur ſenſus aptiſſimus et a quo dependere poſſunt futura προλείψειν et ἄξειν. SOPHOCLES *Electr.* v. 65. ἐπαυχῶ . . . ἐχθροῖς, ἄστρον ὣς, λάμψειν ἔτι. Conferri poſſunt quae ad verba ἐπαυχῶ λάμψειν dicit HENRICUS STEPHANUS theſ. to. I, p. 609. — Litterarum T et X prava commiſtio proficiſcitur ex eo, quod inter litteras maiores X aliquando ſcribebatur ita, +, qua nota etiam Ψ deſignabatur. Vid. quae dicta ſunt a me pag. 147. In EUSTATHIO *ad Dionyſium Periegetam* v. 32, plerumque legitur, καὶ διὰ τοῦτο κλήσεις αὐτῇ συγγενεῖς τῇ ἄγαν ψυχρότητι, codex vero pariſienſis num. 2731 aliam ſuppeditat lectionem, κ. δ. τ. κλήσει αὐχεῖ συγγενεῖ τῇ ἄ. ψ.

Τοῖς οἰκείοις] CORNAR., *propriae patriae*. Vid. MUNCKERUS *ad Antonin. Liberalem*, p. 40.

Ὁ δὲ . . . διατοξευόμενος Φιλοκτήτῃ, τιτρώσκεται] LEGRANDUS: »*Iaculo a Philoctete petitus vulneratur. Sic interpres. Forte: ſagittis cum Philoctete certans.*» Nihil reſtat dubii, quin poſterior explicatio ſit vera. DIO CHRYSOST., *diſſ.* XI, (to. I, p. 355, *ed. Reisk.*) καὶ Ἀλέξανδρος ἀποθνήσκει, Φιλοκτήτῃ διατοξευόμενος. *Praepoſitio* διὰ, WYTTENBACHIUS ait (Select. princ. hiſt., p. 379), *verbis nonnullis ſignificationem certaminis adiungit.* Conf. auctores, quos attulit, et praeſertim HEMSTERHUSIUM *in Xenophontem Epheſium* (Obſerv. miſcell., vol. V, t. 3. p. 53). Proximus inter alia de verbo διαείδομαι ſenſu ᾄδων ἐρίζω loquitur. PHRYNICHUS, Προπαρ. Σοφ. Ms. Διαίσασθαι (i. e. διᾴσασθαι)· τὸ

διαμυλλήσασθαι ἐν ᾠδῇ τινι. Lege διαμιλλήσασθαι pro διαμυλλήσασθαι.

Ἅτε δὴ κατὰ θεῶν βούλησίν γε ἀφικομένων] Codex non differt a prima editione, ubi legitur βούλησίν τε ἀφικόμενον. HEYNIUS (*in Apollodorum*, to. I, p. 556) ita corrigit: ἅτε δὴ κατὰ θεῶν βούλησιν ἐξικομένων.

Cap. V. Ἑρμησιάναξ Λεοντίῳ] Codex falso λέοντι. Vid. RUHNKENIUS, *epistol. critic.*, p. 284, qui laudat SCHOLIASTEN *Nicandri (Ther.* v. 3), ὁ Ἑρμησιάναξ φίλος τῷ Φιλητᾷ καὶ γνώριμος ἦν· τούτῳ δὲ τὰ Περσικὰ γέγραπται, καὶ τὰ λεγόμενα εἰς τὴν ἐρωμένην. Proxima phrasis non offendit magnum criticum. In codice Vaticani, num. 305, sequentem reperi lectionem, καὶ τὰ εἰς λέον (*sic*, i. e. λέοντα) τὴν ἐρωμένην. Quisque facile cernet, voci λέοντα substituendum esse Λεόντιον, nec dubium est, quin RUHNKENIUS, si cognovisset hunc textum, praetulisset eum lectioni editionum excusarum. Codex iste magni aestimandus est, neque negligendus a postero operum NICANDRI editore.

Ῥᾷστα ἀπαλλάξεσθαι τῆς νόσου] Ἀπαλλάξεσθαι correctio est a CORNARIO prolata. Codex ἀπαλλάξασθαι. BOECKHIUS, *in Plat. Min.* p. 170: »Medelam exspectat adhuc LIBANIUS to. I, p. 790. C. ἐμοὶ μὲν οὖν τὸ τεθνάναι οὐχ ὅπως οὐ φοβερὸν, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον εὐκταῖον τῶν προσόντων κακῶν ἀπάλλαξιν. Corrupta haec sunt manifeste. PIERSONUS *ad Moer.* p. 157 corrigit ἀπαλλάξειν. At graecum non est ἀπαλλάττειν κακῶν passivo sensu: est potius activa significatione, *liberare a malis*, sive

alium, ſive *ſe ipſum* (ἀπαλλάττειν κακῶν ἑαυτόν). *Liberari a malis* dicitur ἀπαλλάττεσθαι κακῶν. Sed hoc non poteſt in locum illum inferri. Alia igitur quaerenda correctio eſt. Leg. εὐκτέον τ. π. κ. ἀπάλλαξιν.« Quae Boeckhius de ſenſu phraſeos ἀπαλλάττειν κακῶν dicit, aptiora vix eſſe poſſunt; ipſius vero correctio non minus dura eſt quam Piersoniana. Locum, de quo ſermo eſt, niſi legiſſet ille in notis ad Moerida, ſed qualem exhibet editio Morellii, non in eo haeſiſſet, neque conatus eſſet eum corrigere. Lectio ἀπάλλαξιν nihil niſi figmentum. Editio Morelliana offert ἀπάλλαξον, errore typographico pro ἀπαλλάξον (part. fut.), quod Reiskius (IV, p. 611) optime reſtituit. Morellius accuratiſſime vertit, *dum ab urgentibus malis liberabit.* De voce εὐκτέον, quam Boeckhius proponit, adhuc deliberandum eſt. Re vera eam legimus in Xenophonte, *memor. Socrat.* I, 5, 5, ſed ita legitur ſuadente Weiskio, codices habent εὐκτὸν, quod haud relinquendum erat. Pollux, V, p. 546, εὐκταῖα, καὶ τὸ ἀττικώτερον εὐκτά. Εὐκτέον in Platonis *Gorgia* p. 227. *ed. Heind.* legitur, ſed et hoc loco ſecundum coniecturam, codices ἐατέον, quod Buttmannus p. 526. merito ſervat, mutans μὴ in καί. Boeckhius εὐκτέον reficere vult in Platone *de legg.* (vol. VIII, p. 128. *Bip.*) et in Libanio l. c., ubi εὐκταῖον a nulla parte obſendit. Vocem εὐκτέον in lingua graeca utique non fuiſſe, equidem contendere non auſim, dum vero modo dictis addimus ſequentem Herodiani Ms. locum, τὰ διὰ τοῦ εον θετικὰ, διὰ τοῦ ε̄ ψιλοῦ γράφεται, οἷον ποιη-

τέον, λαλητέον, ἀναγνωστέον, π λ ὴ ν τ ο ῦ ε ὐ κ τ α ῖ-ο ν κ α ὶ ἀ π ε υ κ τ α ῖ ο ν, dubitare licebit de verbo iſto, donec quidem loca quaedam luculentiora reperta ſint. Henr. Stephanus *theſ.* IV, p. 977, haec tantummodo dicit: »εὐκτέος, *optandus*, *votis expetendus*, in epigr.«

Ἀνακοινοῦται . . . καὶ πολλὰ καθικέτευε] Coniectura ἀνεκοινοῦτο inutilis eſt. Cap. VIII, συγκατακλίνει . . . καὶ ἐπυνθάνετο, et paullo poſt, καταμηνύει . . . καὶ παρεκελεύετο. Vid. huius epiſtolae pag. 157, et Brunckius *ad Hecub.* v. 21: »Non Tragicis ſolum, ſed quibusvis etiam ſcriptoribus, nihil magis frequens hac temporum variatione, quae venuſtatem narrationibus conciliat.«

Ἀποσφάζειν αὑτὸν ἠπείλει] Ita in codice quoque legitur, neque αὐτόν.

Τῆς δὲ παραχρῆμα τὴν ἐπιθυμίαν Φαμένης ἐκπλήσειν, ῥᾴων ἤδη γέγονεν] Primae editiones Φαμένης τελεύτειν, quod vero manifeſte corruptum eſt. Abreschius, *animadv. ad Aeſchyl.*, vol. I, p. 596, coniecit τελευτεῖν. Legendum eſt, quemadmodum codex iubet, Φαμ. τελέσειν, quod Legrandus propoſuit. Verba ῥᾴων ἤδη γέγονεν in memoriam revocant locum Alciphronis, in quo multis coniecturis ſeſe exercuerunt viri docti. Mater filiae amore captae ſcribit (l. III, ep. 2.) ἔχε ἄτρεμα, καὶ κατὰ σεαυτὴν ῥίπιζε τὸ κακὸν ἐξωθοῦσα τῆς διανοίας. Ῥίπιζε ſignificat utique contrarium eius, quod ſenſus exigit. Jacobsius (*animadv. in Antholog. Gr.*, vol. XI, p. 156.) laudat καὶ μὴ κατὰ σεαυτὴν ῥίπιζε τὸ κακόν. Codex Vienneuſis ῥήπιζε, quo ducimur

ad ῥήιζε, ῥάϊζε. Equidem corrigo, ἔχε ἄτρεμα, καὶ κατὰ σεαυτὴν ῥάϊζε (i. e. ῥάων γίγνου, ὑγίαινε), τὸ κακὸν ἐξ. τ. διαν. Liban. IV, p. 658. δότε μοι κατ' ἐμαυτὸν, ὦ ἄνδρες, στένειν, δότε, τάχ' ἂν γενοίμην ῥάων, μὴ τοῦτον ὁρῶν. Phrafis ἐξωθεῖν τῆς γνώμης occurrit in Philostrato, *vita Apollonii*, l. I, cap. 34.

Πρόσεισι τῷ Ξανθίῳ] Correctiones πρόσεισι pro πρόσεστι et ὑπακούσαντος pro ἐπακούσαντος a codice confirmantur.

Τῆς δὲ περιωδύνου γενομένης καὶ ἀνακραυγούσης] Ἀνακραυγούσης non eft vox graeca. Suadente codice et Piersono *(ad Moer.*, p. 65) l. ἀνακραγούσης. Phlegon Trallianus (de rebus mirab., p. 66) σὺν μεγάλῃ οἰμωγῇ ἀνακραγούσης. Aristaenetus, I, 6, εὐθὺς ἀνακέκραγεν ἡ γραῦς (Σωφρόνη) (91), ἅμα τὴν παρειὰν κ. τ. λ. Phrynichus, Προπαρασκ.

---

(91) Hoc nomen obfendit quosdam interpretes. Pavius proponit Σωφροσύνη (vid. Longus, IV, p. 119. ed. Villoifon.), Martorellus *de theca calam.*, p. 181, Σωφρονίς. Lectionem vulgatam corruptam effe, equidem mihi perfuafum non habeo. *Sophronae* nomen fatis confuetum eft, praecipue in veterum comoediis. Vid. e. c. Terentius in *Eunucho* et *Phormione*. — Paullo antea legitur: Εἴ μοι πρότερον ἐπομόσεις, ὃ δ' ἂν εἴποιμι, φυλάξειν ἀπόῤῥητον, αὐτίκα τοῦτό σοι λέξω. Mercierus et Polyzois legunt ὅ τι ἄν; fed ὃ δ' ἂν eft lectio iam correcta, inde haud mutanda. Socrates, *hift. eccl.*, l. I, p. 34, πᾶν γὰρ ὅ, τι δ' ἂν ... πράττηται, τοῦτο πρὸς τὴν θείαν βούλησιν ἔχει τὴν ἀναφοράν. P. 36, περὶ δὲ τῶν κιόνων, ... ἃ δ' ἂν νομίσῃς εἶναι τιμιώτερα, αὐτὸς συνόψεως γενομένης πρὸς ἡμᾶς γράψαι σπούδασον, et poftea ἵν', ὅσων δ' ἂν καὶ ὁποίων χρείαν εἶναι ἐπιγνῶμεν, ταῦτα πανταχόθεν μετενεχθῆναι δυνηθῇ. L. III, p. 182, καί ἐστιν οὗτος ὅρος ἀνθρώποις, ὃ δ' ἂν ὁ θεὸς προστάξῃ, τοῦτο ποιεῖν. Eusebius *(de martyr. Palaeft.*, p. 418), διαμαρτύρεται ... μεθ' ἡδονῆς, ὅσα δ' ἂν ἐπάγοιτο αὐτῷ, γενναίως ὑποστήσεσθαι. In ultimo loco Valesius immerito praetulit ὅσα δὴ ἄν. Chariton, l. I, p. 27, λαβὲ τῶν σῶν ὅ, τι δ' ἂν θέλῃς. Octava Platonis epiftola his incipit: Ἃ δ' ἂν διανοηθέντες μάλιστα εὖ πράττοιτε, οὕτως πειράσομαι ταῦθ' ὑμῖν διεξελθεῖν.

Σοφ. Ms., Ἀνακραγεῖν· δύο σημαίνει, καὶ πρὸ τοῦ ἀγῶνος ἀσκεῖν ἐπὶ τὸ βοᾶν τὴν φωνὴν, καὶ τὸ ἄλλως ἀναβοῆσαι, et alio loco, Ἀνακράγοιτε· ἀναβοήσετε. ἀττικὴ ἡ φωνή· Δημοσθένης. Locus Demosthenis, quem grammaticus respexit, legitur περὶ παραπρεσβείας, vol. I, p. 433, *ed. Reiskii.* Chariton, l. III, cap. 9. καὶ οὕτως περ ἐμμανὴς γενομένη, . . . ἀνέκραγεν. Pro οὕτως περ legendum est οὕτως ὥσπερ, quod Orvillius proposuit. Xenophon Ephesius, l. I, p. 4, ἑκάστη δὲ αὐτῶν οὕτως ὡς πρὸς ἐραστὴν ἐκεκόσμητο, et l. IV, p. 113, κατωδύροντο οὕτως ὡς Ἀνθίαν βλέποντες. Vid. Schwebelius *ad Onosandr.* p. 62.

Λευκοφρύην] Ita codex. Heynius, *in ind.* »Leucophrye, s. Leucophryne.« Teucherus eodem modo Λευκοφρύνην; nescio rationem.

Cap. VI. Ἱστορεῖ Διογένης] Correctio Θεαγένης vero simillima est. Vid. quoque Dukerus *ad Thucyd.* vol. III, p. 421. *Bip.*

Σίθονα, τὸν Ὀδομάντων βασιλέα] Codex, uti prima editio, Σ. τὸν Ὁδομαντῶν βασ., *Sithona Hodomantum regem*, quod reddidit interpres francogallicus (92) *le Roi Sithon Hodomantus.* Paullo post exhibet codex καλὴν δὲ καὶ ἐπίχαριν.

Ἀπό τε Ἰλλυρίδος καὶ τῶν ἐπὶ Τανάϊδος] Καὶ frustra in codice quaeritur.

---

(92) Joannes Fournierus *de Montauban.* Vid. *Bibliothèque des romans grecs, traduits en français*, to. I, *Paris*, 1797. Editio haec adaucta est libello abbatis S. Legeri, quo bibliographus ille differentiam probat, quae intercedit duas huius versionis editiones, uno eodemque anno 1555 procuratas, Parisiis et Lugduni Francogallorum.

Τὸν δὲ Σίθονα πρῶτον μὲν κελεύειν τοὺς ἀφικνουμένους μνηστῆρας πρὸς μάχην ἰέναι τὴν κόρην ἔχοντα] HEYNIUS: *Nisi excidit aliquid, sic constituo:* πρὸς αὐτὸν εἰς μάχην ἰέναι τὴν κόρην ἔχοντα, *cum patre pugnare puellam tenente.* Qui si est sensus, mihi multo aptius sic legi videtur, πρὸς μάχην ἰέναι τὴν vel τῷ τὴν κόρην ἔχοντι. Dici potest ἰέναι εἰς sive πρὸς μάχην τινὶ, quemadmodum βῆναί τινι ποτ' ἔριν, στῆναί τινι εἰς ἔριν, εἰς ἀγῶνα. Vid. VALCKENAERIUS *ad Theocr. Adon.*, p. 300 sq., et PORSONUS *in Phoenissas*, v. 1381. JACOBSIUS (Ephem. litter. hal. l. c.) haec: »Credimus, Parthenium, qui saepe nimia brevitate peccat, dicere voluisse, Sithoni fuisse consilium filiam semper secum retinendi, quod vi sua consisus obtinere sperabat proposita singulari cum procis pugna. Qui vero sensus magis aliquantulum aperietur, quando legimus πρὸς μάχην ἰέναι, ἀεὶ τὴν κ. ἔχοντα, ubi non opus est moneri, verba, εἰ δὲ ἥττων φανείη, τεθνάναι, ad Sithonem ipsum redire. Illum vero sensum esse rectum, fabulae progressus manifestum facit, μετὰ δὲ, ὡς αὐτόν τε ἡ πλείων ἰσχὺς ἐπιλελοίπει, ἔγνωστό τε αὐτῷ τὴν κόρην ἁρμόσασθαι.«

Ἐπελελοίπει] Ita textus *Heynianus.* Codex et ceterae editiones habent ἐπιλελοίπει, quod correctione non eget. Vid. HEMSTERHUSIUS *in Xenophontem Ephesium*, p. 196. *ed. Loc.*

Ὀῤῥώδει] Codex ὀῤῥωΐδει, i. e. ὀῤῥώδει. Lege ὠῤῥώδει.

Τινὶ τῶν περὶ αὐτήν] Codex, τινὶ τῶν ἀμφ' αὐτόν. Lege ἀμφ' αὐτήν. Cap. IX, τῶν ἀμφὶ Διόγνητον.

Cap. X, ἀνακαλεσάμενος τοὺς ἀμφ' αὐτόν. Cap. XVII, τινὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν οἰκετῶν.

Τροφεὺς αὐτῆς πρεσβύτης] Sic eſt in codice. Cornarius vertit, non intelligo quam ob rem, *nutritor eius Praeſyntes.* Codex approbat quoque coniecturam χωρήσοντος pro χωρήσαντος.

Πείθει διὰ τῶν ἁρματηγῶν τροχῶν μὴ διεῖναι τὰς περόνας] Schneiderus, *in gloſſario graeco-germ.* ed. ſec. »Ἁρματηγὸς, τροχῶν ἁρματηγῶν *Parthen.* »6. idem quod ἁρματηρῶν, niſi ita legendum eſt.« Vox ἁρματηγὸς vix correctior eſſe poſſe mihi videtur. Eſt adiectivum inſtar multorum aliorum compoſitum, e. c. ὁδηγὸς, ποδηγὸς, κυνηγὸς, σιτηγὸς, ἱππηγὸς κ. τ. λ. Contra vero mihi non notum eſt ἁρματηρὸς, et optarem ei fuiſſe ſubditam a Schneidero auctoritatem quandam. Lexica tantummodo formas dant ἁρμάτειος et ἁρμάτιος. Legimus in Apollonii *lex. Hom.* p. 678, πρωτοπαγής· ἐπὶ μὲν τῶν ἁρματῴων δίφρων τὸ ἐπίθετον. Villoisonius vocem ἁρματῴων damnare non auſus eſt; dicit tantum: »Uſitatius eſſet τὸ ἁρματείων.«

Ἤλαυνεν ὁ Δρύας ἐπὶ Κλεῖτον, καὶ τροχοί] Lege ſecundum codicem, ἤλ. ὁ Δρ. ἐπὶ τὸν Κλεῖτον, καὶ οἱ τροχοί.

Μάλα μεγάλην πυρὰν νήσας] Πυρὰν νέω ſ. νηέω (non νήθω, quod legitur in indice Luciani) eſt vox ſingularis ad exprimendam actionem *exſtruendi pyram.* Reſtituendum eſt hoc verbum Heliodoro, l. VIII, p. 328, *ed. Coraii*, κἀπειδὴ τὴν πυρκαϊὰν ὡς ὅτι μεγίστην ἐνῆψαν οἱ δήμιοι, καὶ τὴν φλόγα ὑποβαλλόντων λαμπρῶς ἐξῆπτον. Lege ἔνησαν pro ἐνῆ-

ψαν, duce codice Veneto, N°. 409. Idem correctum eſt *ex coniectura* a Jacobsio (Eph. litt. hal. 1806, N°. 261). Alciphron, *fragm. ined.* (93) ὑπὸ δὲ ταῖς ἐξοχαῖς τῶν πετριδίων Νύμφαι τινὲς ἵδρυνται, καὶ Πὰν οἷον κατοπτεύων τὰς Ναΐδας ὑπερέκυπτεν· ἀντικρὺ βωμὸν αὐτοσχεδίως ἐστήσαμεν κ. τ. λ. Nonnulli codices correctius, ἐνήσαμεν.

Cap. VII. Πολλὰ τῷ παιδὶ προσφυείς] Codex προσρυεὶς, *accedens*, quod iniuria mutatum eſt. Vid. Abreschius, *lect. Ariſtaen.* p. 151 ſq. et Schaeferus in Long., p. 417 ſq.

Χωρίου, ὃ μάλιστα ἐφρουρεῖτο ὑπὸ τοῦ τῶν Ἡρακλεωτῶν τυράννου] Cornarius transfert, *ab Archelao Heracleotarum tyranno.* Codex in textu ipſo, ὑπό του τῶν Ἡρ. τυράννου, et in margine τοῦ Ἀρχελάου. — Paullo poſt κατακομίσαι τὸν κώδωνα non accurate ſignificat *deturbare tintinnabula*, quod Fournierus francogallice reddidit per *faire ſonner les clochettes*, ſed *eas auferre*, *deſuper tollere.*

Ὁ Ἀντιλέων ἐκείνῳ μὲν παρεκελεύσατο μὴ ἀντιλέγειν κινδυνεύειν] Codex nihil aliter exhibet, et equi-

(93) Vid. Wagnerus, *fragm. Alciphr.*, N°. XV. Locus hic cum mihi det occaſionem, noto, omnia fragmenta, quae Wagnerus in ſuam editionem collegit, a N°. VI. usque ad N°. XIX. incl. e ſingula quadam epiſtola inedita, quae eſt perlonga et a me in pluribus Pariſiorum codicibus reperta, petita eſſe. Fragmentum N°. XX. debetur Aeliano (epiſt. ruſt. 15.) nec fragmentis Alciphronis inferendum erat. Ceterum collectio fragmentorum, qualem Wagnerus dedit, adeo eſt perfecta ac integra, quam ſine codicum pariſienſium ope eſſe poteſt. Parvulum tantummodo eum fugit fragmentum, quod Valckenaerius laudavit in *Commentario in Hippolytum*, p. 257. D, initium nempe epiſtolae, quam poſtea typis excudi iuſſi adiunctam verſioni *Saturnalium Boettigeri.* Vid. *Prompt. encyclopaed.* a. 1798. (VII.) 10. 3. p. 315.

dem hunc locum non habeo corruptum. Verti enim poteſt: *Antileon ſuaſit Hipparino, tyranno contradicendi periculum ſubiret.*

Cap. VIII. Ἀριστόδημος ὁ Νυσαεύς] Ita lectio codicis. Primae editiones Νησαεύς. Codex per totum hoc caput Ἡρίππη, neque Ἠρίππη.

Εἷλε τὰς γυναῖκας] Codex ἀνεῖλεν. Duo haec verba ſaepe confunduntur. Scholiastes *Apollonii Rhodii*, I, 164, ἄγεται μωλεία ἑορτὴ παρ' Ἀρκάσιν (Meursius, *Graec. fer.*, de his feriis non agit), ἐπειδὴ Λυκοῦργος λοχήσας, κατὰ τὴν μάχην εἷλεν Ἐρευθαλίωνα. Codex pariſienſis, N°. 2727, dat ἀνεῖλεν, *occidit.*

Ἐν δὲ αὐταῖς καὶ Ἡρίππη γυνὴ ἡ Ξάνθου] Codex, γυνὴ ἡ Ξάνθου, i. e. γυνὴ Ξάνθου.

Ἰδιοξένων] De hac voce vid. Valckenaerius *ad Ammon.*, p. 198 ſqq. Scholiastes *Luciani*, (vol. II, p. 201.): Ἰδιοξένους τοὺς ἐκ πλείονος χρόνου ἢ ἐκ πατέρων παραδόσεως (Cod. St. Germani διὰ παραδοχῆς) τηροῦντας ὁμόνοιαν, κἂν πολὺ ταῖς πατρίσιν ἀπέχωσιν, οἳ φαίνονται, καὶ σφραγίδας ἀλλήλοις δεικνύντες, καὶ σύμβολά τινα ποιούμενοι, ἵνα οὓς ἂν πέμπωσιν ἀγνῶτας, οἷον υἱοὺς ἢ οἰκείους προσδέχωνται ἕτεροι διὰ σύμβολας (leg. ſuadente codice διὰ τὰ σύμβολα. Vid. quoque Stoeberus *in Thom. Mag.* p. 467). Finem huius ſcholii codex ille St. Germani corrigit atque ſupplet ſequenti modo: Τοὺς δὲ ἰδίως ξένους τινὸς, οὓς ἐν οἰκίᾳ τις ὑποδέξαιτο, καὶ συμπράξειέ τι τῶν χρησίμων, ἢ μηνύσειε τῶν ἀπορουμένων. Πρόξενος δὲ, ὁ ὅλης πόλεως ξένος· ἰδιόξενος δὲ, ὁ ἰδίᾳ καθ' αὑτὸν ξένος ὤν.

Τοῦ δὲ εἰς ἀριθμὸν χιλίων χρυσῶν φήσαντος] Cornarius male transtulit: *Xantho vero in numerum mille aureorum respondente.* Εἰς significat *circiter.* Vid. quae dicta sunt p. 12. huius epistolae. Phrasis hoc modo explenda est: τοῦ δὲ φήσαντος (οὐσίαν τὴν σύμπασαν εἶναι) χρυσῶν εἰς χιλίων (τὸν) ἀριθμόν. Proximus hic accusativus saepe cum verbis iunctus occurrit, quae numeros indicant. Vid. e. c. Achill. Tat., p. 274, μετ' οὐ πολὺ παρῆσαν πεντήκοντα τὸν ἀριθμὸν, ὁπλῖται πάντες. Pausanias II, 34, νησίδας, ἀριθμὸν ἐννέα οὔσας. Germani dicunt, *fünfzig an der Zahl.*

Ὡς δὲ εἰς κοῖτον] Lege secundum codicem et ceteras editiones, ἐς κοῖτον.

Τῷ δὲ ἄρα οὐ πρὸς ἡδονῆς ἦν] Libanius, IV, p. 181, τοῦτο δέ ἐστιν, ὃ πάντως που καὶ ὑμῖν πρὸς ἡδονῆς. Ibid. p. 225, τοῦ ῥᾴστου βίου καὶ πρὸς ἡδονῆς μάλιστα ἐμοί. Saepius dicitur καθ' ἡδονὴν εἶναι. Anton. Liber., cap. XX, τὴν τῶν ὄνων θυσίαν . . . ἀγομένην αὐτῷ καθ' ἡδονὴν εἶναι. Alciphron, III, 6, ὀδυνηροῦ βίου κρείττω τὸν καθ' ἡδονὴν θάνατον ἡγησάμενος. Themistocles, epistola 6, πνιγέσθω δὲ πᾶς, ὅτῳ μὴ καθ' ἡδονήν ἐστι, ὅτι δεξιώτερον κ. τ. λ. Phrynichus, Προπαρ. Σοφ. Ms., καθ' ἡδονήν μοί ἐστι πράττειν ἢ λέγειν.

Ὡς δὲ τοὺς ὅρους τῆς Κελτῶν χώρας ἀφίκετο] Lege uti codex et ceterae editiones, ὡς δὲ ἐπὶ τοὺς ὅρους, i. e. *ad fines,* neque *ad montes,* quod duo interpretes vertunt.

Τὴν Ἡρίππην κελεύει ἀντιλαβέσθαι] Editiones

κέλευεν. Reſtituendum eſt ſecundum codicem, ἐκέλευεν, quod Teucherus recepit.

Cap. IX. Θεόφραστος ἐν τῷ ᾱ τῶν πρὸς τοὺς καιρούς] Cornarius vertit, *in quarto librorum*, dum textus eius offert ἐν τῷ ῑᾱ πρ. τ. κ. Codex ἐν τῷ δ̄ πρὸς τοὺς καιρούς, et ſic corrigendum.

Εἷλεν] *In amorem ſui traxit.* Aristaenetus, l. I, ep. 12, καὶ αὐτόν με μάλιστα ᾕρηκε τῷ ἀκάκῳ.

Ἐπεὶ μέντοι πολὺς ἐνέκειτο] Teucherus: »Scribo πολὺ pro vulgato πολύς.« Male. Cap. XXIII. πᾶσα δὲ ἐνέκειτο τῷ Ἀκροτάτῳ.

Καθικετεύει αὐτήν τε οἰκτείρειν] Codex καθικετεύειν, quod Jac. Merrickius (*ad Tryphiod.* p. 62.) ſine iure defendere vult.

Ἐκτός τε ἐγένετο αὐτοῦ] Reſtituendum eſt αὑτοῦ ſecundum codicem et correctionem Legrandi.

Πολύν τε ἄκρατον εἰσφοροῦνται] Lennepius *ad Phalarin*, p. 27, coniicit ἐμφοροῦνται, quod ſatis probabile videtur. Vid. quoque Wagnerus *in Alciphronem*, I, 35.

Κατὰ ἀνεῳγμένην πυλίδα, οἱ δὲ καὶ τεῖχος] Secundum codicem legendum eſt, κατὰ τὴν ἀν. πυλ., οἱ δὲ καὶ τὸ τεῖχος. Articulus τὸ in ſola *Heyniana* editione deſideratur.

Κατέκτεινον τοὺς Μιλησίους] Cornarius hunc locum male legit. Codex offert κατέκαινον, quod reſtituendum eſt. Cap. VII, καὶ λοχήσας τὸν φύλακα τοῦ κώδωνος κατακαίνει. Cap. XXIV, κατακαίνειν αὐτὸν τῇ σπάθῃ. In Dione Chrysost. vol. I, p. 194. vera lectio eſt τῷ ῥοπάλῳ παίοντα κατακαίνειν, cuius loco editiones exhibent κατα-

καίειν. Doctus ille Anglus, qui in Wolfii anecd. gr. I, p. 227. *κατακαίνειν* propofuit, non bene addit, *fed fortaffe legere debebam κατακτείνειν*. Suidas: Κατακαίνων· ἀναιρῶν, πλήττων κ. τ. λ. Vid. Abreschius in *Actis Soc. Traj.*, vol. I, p. 255, et Heringa, obferv., p. 121. Arrianus *de venat.*, cap. XXV, ἑλοῦσαν δὲ ἐᾷν σπαράξαι τοῖς ὀδοῦσιν, ἔστε κατακανεῖν. Cap. III eiusdem libelli, μεταθεῖν δὲ καὶ ἀνευρίσκειν τὸν ὑποκινήσαντα, οὔτε τῶν Καρικῶν φαυλότεραί εἰσιν (αἱ Κελτικαὶ κύνες), οὔτε τῶν Κρητικῶν, ὅτι μὴ κατὰ (adde τὴν, fecundum noftrum codicem) ὠκύτητα· ἀγαπητὸν γοῦν, εἰ καὶ ἕνα λαγὼν χειμῶνος ὥρᾳ κατακίνοιεν. Codex κατακαίνοιεν (94).

Πάντα ἑκατὸν ἐναγίσαντες αὐτῇ] Coniecturae πάντα ἐνιαυτὸν vel λυκάβαντα ἕκαστον haud verifi-

P 2

(94) Sub finem huius capitis leguntur, ἀλλ' ὡς τῶν Κρητικῶν αἱ διάπονοι ἀπὸ τοῦ φιλοπονεῖν . . . . οὕτω δὲ καὶ αὗται ἀπὸ τῆς ὠκύτητος. Zeunius falfo mutat δὲ in δή. Cap. VII, καθάπερ ἄνθρωποι εἰ δειλοὶ καὶ ἔκφρονες, οὕτω δὲ καὶ αἱ κύνες αἱ τοιαῦται οὔποτε ἂν εἶεν γενναῖαι. Cap. XXXVI, καθάπερ ἐπ' ἄλλῳ τῷ (leg. τῳ) ἔργῳ, οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ θήρᾳ. Clemens Alexandrinus, *paedag.*, II, p. 185. *ed. Potter.*, ὡς οἱ βασιλεῖς οἱ ἀνόητοι, καθάπερ καὶ τοὺς φίλους, οὕτω καὶ τὸ ὕδωρ ἐπαγόμενοι. Ita Valckenaerius (*ad Herodotum*, p. 89.) hunc locum reftituit, reiectis verbis Χοάσπης ποταμὸς κ. τ. λ. Quam equidem correctionem optimam puto; fed pro οὕτω καὶ, lectio vulgata οὕτω δὲ καὶ retinenda eft. Vid. *paedag.*, III, p. 286, ὡς γὰρ στρατιώτου, καὶ ναύτου, καὶ ἄρχοντος, οὕτως δὲ καὶ σώφρονός ἐστιν οἰκεία στολή. Lucianus (vol. II, p. 512,. fecundum codd. Vaticani, ὥσπερ ἐν λόγοις, οὕτω δὲ καὶ ἐν ὀρχήσει. Julianus, VII, p. 219. B. (ed. a. 1696.), ὥσπερ Ἡρακλέος, οὕτω δὲ καὶ Διονύσου. Verba, quae hanc phrafin antecedunt, τὸ λανθάνον μυοῦσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν κ. τ. λ., transfcripta funt a Suida (ad v. μῶσθαι); quod, ni fallor, nondum notatum eft. Textus Suidae hic: Μῶσθαι· τὸ λανθάνειν. μῶσθαι, καὶ τὸ πολυπραγμονεῖν. ἀντὶ τοῦ ζητεῖν παρὰ Λάκωσι. Lege, τὸ λανθάνον μῶσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν, et in Juliano reftitue μῶσθαι pro μυοῦσθαι. Vid. ceterum de verbo μῶσθαι Tourius, *emend. in Suid.* etc., vol. I, p. 462.

miles sunt. Πάντα ἑκατὸν significat, ex omnibus centena, sicuti CASAUBONUS, a GALEO laudatus, id bene explicavit. Vid. quoque WESSELINGIUS et VALCKENAERIUS *in Herodotum*, p. 322.

Cap. X. Μηδὲ διὰ λόγων ἔσθ' ὅτε γινόμενον αὐτῇ] Codex perperam διαλόγων. GALEI coniectura, διὰ λόγου ... συγγινόμενον, omnino prava est. Vid. quae dicta sunt ad Cap. I.

Ὑπό τε ἀνίας καὶ ἀλγηδόνων συνεχομένη] PSEUDOPLUTARCHUS *de fluviis*, cap. II, s. 1, τοξευθεὶς, καὶ ἀλγηδόνι συνεχόμενος. Συνέχεσθαι λύπῃ vel ἀθυμίᾳ inter eas phrases est, quas hic auctor quavis occasione adhibet. In solo isto loco, quo textus GELENII habet λύπῃ σχεθεὶς (cap. XVII, s. 1.), WYTTENBACHIUS jure corrigit λύπῃ συσχεθείς. Hanc correctionem confirmat codex.

Εἰς γόνυ ζωσαμένη] Hic est habitus Dianae venaticus. Vid. SPANHEMIUS *in Callimachum*, p. 170. XENOPHON EPHESIUS, l. I, p. 4, χιτὼν ἁλουργὴς, ζωστὸς εἰς γόνυ.

Ἀνδρὸς κουριδίου] Cap. XXVII, ὅτε μὲν ἄνδρα κουρίδιον, ὅτε δὲ τοὺς παῖδας. Hic est sermo homericus. Vid. e. c. *Iliad.* E, 414, κουρίδιον ποθέουσα πόσιν. SUIDAS, in voce γαμέτης· Ἡ δὲ σὺν τῷ κουριδίῳ γαμέτῃ ἐς Ἔφεσον ἦλθεν.

Λελωβημένην τὴν Λευκώνην] Articulus in HEYNII editione per errorem typographicum deest. Postea duce codice legendum est τοὺς ἀμφ' αὐτὸν pro τ. ἀμφ' αὐτόν.

Πυρὰν νηήσας] Erat Graecis utraque forma νή-

σας et νήσας. Vid. WESSELINGIUS *in Herodotum*, l. I, p. 23, et RUHNKENIUS, *epist. crit.*, p. 258.

Cap. XI. Περὶ Βυβλίδος] Codex περὶ Βιβλίδος; tabula vero capitum, in fronte operis, offert περὶ Βυβλίδος.

Ἱστορεῖ Ἀριστόκριτος καὶ Ἀπ.] E codice restituendum est, ἱστ. Ἀριστόκριτος περὶ Μιλήτου, καὶ Ἀπ. CORNARIUS: *Scribit Aristocritus de Mileto.* Vid. quae dicentur ad cap. XXVI.

Αὐτὴ δὲ γνωτὴ ὀλολυγόνος οἶτον ἔχουσα] Ita codicis lectio.

Ἀπὸ προπύλων] Codex, ἀποπρὸ πυλῶν, et sic quoque RUHNKENIUS haec verba laudat, epist. crit., p. 167.

Κλαῖεν ἀηδονίδων θαμινώτερον] RUHNKENIUS l. l. p. 155 censet, legendum esse κλ. ἀηδονίδων ἀδινώτερον. Laudare poterat, quo coniectura innitatur, APOLLONIUM RHODIUM, l. I, v. 269:

Ὡς ἔχετο κλαίουσ' ἀδινώτερον, ἠύτε κούρη.

Αἴτ' ἐνὶ βήσσῃ Σιθονίῳ] Codex distincte ἐνὶ βήσσης σιθ. quemadmodum MELLMANNUS *de caussis et auctoribus narrationum de mutatis formis*, p. 84.

Cap. XII. Καὶ ἄλλα μειλίγματα παρέχεσθαι] Restituendum est suadente codice καὶ ἄλλα πολλὰ μειλίγματα παρ. CORNAR.: *aliaque* PLURIMA *mulcimenta exhibuerit.*

Παντοδαπῆς θοίνης πλήσασα] Utraque littera σ, qua terminantur voces παντοδαπῆς et θοίνης, ad dimidium deleta est in codice. Genitivus iniuste mutaretur, sed et tertius casus iusto loco positus foret. Vid. SCHAEFERUS *in Longum*, p. 410. Addere

poſſumus exemplis, quae adfert, PHLEGONTEM TRALLIANUM, p. 52, *αἵματι δὲ πλήσει ποταμοὺς, πλήσει δὲ καὶ ᾅδην*, atque epigramma in *Bibl. crit.* (Vol. II. P. I, p. 87), *πρὶν ἰούλοις πλῆσαι παρειάς*. PHRYNICHUS, Προπαρ. Σοφ. Ms., *Κατακορὴς οἴνῳ, καὶ Διακορὴς πολιτικώτερον* (RUHNK. *in Timaeum*, p. 85, dat *πολιτικώτερα*), et *Καταχᾶσαι λόγοις* (PLATON. *Gorg.* p. 226. *Heind.* et ARISTIDES vol. II, p. 95, F. VAN HEUSDE *ſpec. crit. in Plat.* p. 42.) *καὶ ὕμνοις καὶ ἐπαίνοις, οἷον καταπλήσω σὲ λόγοις.*

Εὐθέως παραπλὴξ ἧστο] Ceteris editionibus eſt *ἵσται*. TEUCHERUS recepit coniecturam GALEI, *ἵσταται*. Secundum codicem legi debet, *παραπλὴξ ἵεται*, *abit*, *diſcedit*. HESYCHIUS: *Ἵεται, βαδίζει*. XENOPHON, *Cyrop.*, VII, 3, 15, *ἐκπλαγεὶς ἵεται, εἴ τι δύναιτο βοηθῆσαι*. AELIANUS, N. A., XVI, 15, *καὶ μυρμήκων μὲν Ἰνδῶν πέρι ἵεμαι πάλαι, ἐμοὶ δὲ νῦν ἐς τοσοῦτον λελέχθω*· *Ἵεμαι πάλαι* non praebet ſenſum aptum. GESNERO legi placuit *πάλιν*; reſtituendum eſt ſecundum codicem Vaticani, N°. 997, *Ἰόβᾳ πάλαι*. Vid. de *Iuba*, rege Mauritaniae, l. XV, cap. 8. et SEVINI abbatis *disquiſitiones de vita et rebus geſtis Iubae*, (recherches ſur la vie et les ouvrages de Iuba) (Mém. de l'Académie des Inſcr., vol. IV, p. 466.). JACOBSIUS (*Ephem. litt. hal.* l. c.) legere mallet *Ἰόβᾳ πολλὰ* (*λέλεκται*).

Cap. XIII. *Ἱστορεῖ Εὐφορίων Θρακὶ καὶ Δεκτάδας*] Codex *θραικὶ* i. e. *θρᾳκί*. Pro *Δεκτάδας*, quae vox veriſimiliter corrupta eſt, proponit GALEUS *Διευχίδας*. Conf. de hoc auctore MAUSSACUS (*ad*

Harpocr., p. 10). Hicce criticus felici ingenio nomen Διευχίδας pluribus veterum quorumdam scholiastarum locis restituit. Quod attinet scholiasten *Apollonii Rhodii* (I, 517, ubi usque ad hodiernum diem legebatur Δηειχίδας), codex parisiensis, N°. 2727, eius correctionem confirmat. Nescio, vox Διευχίδας an nostro loco conveniat. Antequam Galei notam legeram, legendum esse Ἀθανάδας conieceram, auctoris nomen, quem Antoninus Liberalis in quartum metamorphosium caput transscripsit. Certe fabula de Harpalyce itidem transmutatione huius in avem finitur. Interpres francogallicus vocem Δεκτάδας habuisse videtur nomen familiae cuiusdam, cui litteras miserit, et invicem missas acceperit Euphorion. Vertit ille: *Euphorion escript cecy à Trax et aux Dectades.* Ita quoque versionem Cornarii intellexit: *Scribit Euphorion ad Thracem et Dectadas.*

Ὡς δὲ πολὺ μᾶλλον αὐτὸν ὑπέῤῥει τὸ νόσημα] Cornarius negligenter transtulit, *quum autem multo magis increscceret morbus.* Ὑποῤῥεῖν est activum et significat *subruere, corruere.* Vid. Wolfius *ad Demosth. (adv. Lept.* p. 273 sq.). Quae vero significatio rarissima. *Notabilem*, ait Wolfius, *Demosthenis locum facit activa vis verbi ὑποῤῥεῖν, propter quam etiam a lexicographis inde a Budaeo laudatus est, quum eius exemplum videretur unicum esse.* Wolfius huius verbi vim omni, qua solet, sagacitate stabilivit. Vid. praeterea Ruhnkenius *ad Velleium Paterculum*, l. II, cap. 16.

Cap. XIV. Παῖς Ἀνθεύς] Doctus quidam ano-

nymus (v. *obferv. mifcell. nov.* to. II, p. 243) legendum proponit Ἄνθης, quod vero plane inutile eſt.

Φοβίῳ ἐνὶ τῶν Νηλειδῶν] Codex perperam Φ. ἐπὶ τῶν νειλειδῶν. Vid. Jacobsius, *animadv. in Anthol. graec.*, vol. VII, p. 239.

Ἀνηλεῆ] Ita codex. Editiones Commelini, Galei et Teucheri falſo habent ἀνιλεῆ. Vox ἀνηλεὴς ſaepe corrupta fuit, ἀνιλεὴς et ἀνελεὴς ſunt *voces nihili.* Vid. Boeckhius *ad Plat. Min.* p. 188.

Ἐδεῖτο τοῦ Ἀνθέως, ὡς κατελθὼν ἀνέλοιτο αὐτόν] Ὡς in reliquis editionibus fruſtra quaeritur. Reſtituendum eſt e codice, ὅπως κατ. ἀν. αὐτ. Cap. XVI, δεῖται τοῦ Περσέως, ὅπως συνεργὸς αὐτῇ γένηται.

Ἰθαιγενέων γνήσιος ἐκ πατέρων] In uſu fuit ἰθαγενὴς et ἰθαιγενής. Vid. Koenius *in Greg. Cor.* p. 155.

Δόμον ἥξεται] Codex ἥξεται i. e. ἵξεται, et hoc recipiendum eſt. Schwebelius *ad Onoſandr.* p. 17: »Equidem vix crediderim, hoc futurum medium (ἥξομαι) auctoritate probari poſſe.« In Dione Chrysost. vol. II, p. 5, ἐπὶ τὴν ἐναντίαν ἥκετο ψέγειν perperam legebatur, cuius in locum Reiskius bene ſubſtituit ἧκε, τὸ ψ. Ab altera parte notandum eſt, ignotum eſſe activum ἵκω. Toupius *in Suid.* vol. I, p. 94: »*Verbum ἵκειν Muſa Attica ignorat.*« Herodianus, *epim. mſs.* Τοῦ ἥκω τὰ μὲν ἐνεργητικὰ διὰ τοῦ η, τὰ δὲ παθητικὰ διὰ τοῦ ἰῶτα.

Ἀτέλεστα κομίσσαι Πείσει. ὁ δὲ Ζῆνα ξείνιον αἰδόμενος] Jacobsius l. l. proponit ἀθέμιστα τελέσσαι Πείσει· Ζῆνα δ' ἀνὴρ ξείνιον αἰδόμενος. Paullo post idem explicat (p. 241) proverbium ἅλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν. Lexicon S. Germani, N° 177. de eadem re offert sequentia: Ἅλας καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν· τὴν Θέμιν φασὶ χρηστηριάζουσαν παραινεῖν ταῦτα μὴ παραβαίνειν, ἢ ὅτι ἔκειντο ἐν τῷ μαντείῳ, ἢ ὅτι τοῖς κοινωνήσασι τούτων φίλοις χρῆσθαι δεῖ.

Πρὸς σὲ θεῶν] De hac formula conf. Porsonus *ad Euripid. Med.*, v. 325. Teuchero, cuius pravae coniecturae refutatione neque indigent neque dignae sunt, incidit, legendum esse, πρὸς σὲ θέω.

Καὶ τόθ' ὁ μὲν ξείνων πολλὸν ἀποτμότατος Ἠρίον ὀγκώσει τὸ μεμορμένον· ἡ δ' ὑπὸ δειρὴν Ἀψαμένη, σὺν τῷ βήσεται εἰς ἀΐδην] Silentio praetermitto varios, quibus huius loci correctio tentata est, modos. Jacobsius proponit καὶ τόδε μὲν ξείνων πολλὸν ἀποτμοτάτῳ Ἠρίον ὀγκώσει, *et hunc tumulum illa hospitum infelicissimo exstruet.* Equidem persuasum mihi habeo, vulgatam lectionem haud esse depravatam. Ὄγκος, quodcumque extuberat et prominet, significat, inde collem; ὀγκοῦν prominentiam istam efficere. Ergo iam optime dici potest, mortuum esse eum, qui ὀγκοῖ τὸ ἠρίον, tumulum prominentem facit. Ὀγκόω in sensu verbi latini, *premo, tego*, quem subdit Heynius, nullo modo admitti potest. Jacobsius quae coniecit, iusta forent, si nihil respiciendum esset nisi lingua; sed

obſtat, quod oppoſitionem inter ὁ μὲν et ἡ δὲ tollunt. Poeta ſi dicere voluiſſet, Κλεόβοια ἐγκώσει κ. τ. λ., certe non perrexiſſet in narrando per ἡ δὲ βήσεται, de eadem perſona loquens. Verba ἡ δὲ aperte indicant, in phraſi antecedente de alia ſermonem fuiſſe.

Cap. XV. Παρὰ Διοδώρῳ τῷ Ἐλαΐτῃ] Ita lectio codicis; ceterae editiones falſo ἐπαΐτῃ.

Περὶ τῆς Ἀμύκλα θυγατρὸς τάδε λέγεται Δάφνης. αὕτη τὸ μὲν] Haec ita correxit recentior manus. Codex ipſe proprie tulit, π. τ. Ἀ. θυγ. τάδε λέγεται. Δάφνη αὕτη τὸ μέν. Cornarius: *De Amyclae filia haec traduntur. Daphne ea erat.*

Καὶ αὐτὴν εὔστοχα βάλλειν ἐποίει] Heraclides, *alleg. Hom.* p. 55. *ed. Schowii*, πῶς γὰρ ἢ διᾶξαι ῥᾴδιον, ἢ φυγεῖν; πῶς δ' ἂν αἱ χεῖρες εὐστοχίᾳ βάλλοιεν, ὑπὸ τοῦ κρύους δεδεμέναι; haec eſt lectio editionum et codicis Vaticani; ſed melius eſt, legi εὔστοχα βάλλοιεν. Vid. p. 115. τὸν ἀλαμπῆ . . . ᾅδην ὁ τῆς σοφίας οἰστὸς εὔστοχα βληθεὶς, διευκρίνησεν, et Lucianus, vol. I, p. 77, τοξόται δὲ πολλοὶ . . . οὐ μὴν πάντες εὔστοχα τοξεύουσιν. Eodem modo dicitur εὔσκοπα, ἐπίσκοπα βάλλειν. Conf. docta Wyttenbachii nota, *bibl. crit.*, Vol. III, P. I, p. 69 ſqq. et Wartonus, *add. in Theocr.*, vol. II, p. 411.

Αὐτὴν ἀμφιπεσοῦσα] Αὐτὴν pro αὐτὸν nihil niſi error typographicus textus *Heyniani.*

Cap. XVI. Ὅσον οὐκ ἤδη διοιχομένῃ, ἀρήγειν αὐτῇ] Διοιχομένῃ pro διοιχομένην ceterarum editionum correctio eſt ab Heynio prolata, quam codex confirmat.

Τῇ γυναικὶ βουλόμενος ἁρμόδιος εἶναι] Ἁρμόδιος significat *officiosus*, quod lexicographorum curam effugit. Aelianus (V. H. XII, 1.) locum offert, qui secundum codices parisienses hic est: *διά τε ἤθους ἀφελὲς, καὶ τοῦ τρόπου τὸ ἁρμόδιον (mores officiosi)*. Sensus vero vulgatam postulat lectionem, *τοῦ τρόπου τὸ αἰδῆμον*.

Πάσῃ μηχανῇ τὸν Ἀκάμαντα εἰς Δάρδανα ἀφικέσθαι πείθει] Heynius exclusit verbum *ἐπεὶ*, quod in codice legitur post *μηχανῇ*. Mihi potius videtur cum Jacobsio (*Eph. litt. hal.* l. c.) legere *ἐπείγων*. Cap. XXXII. *ταύτην ὑπελθὼν πάσῃ μηχανῇ πείθει αὐτῷ συμμιγῆναι*.

Ὃν ὑπ' Αἴθρᾳ τραφέντα] Sic Galeus locum restituit. Antea legebatur *ὑπ' αἴθρᾳ*, *sub dio*. Fieri potuit, ut casus tertius in errorem induceret; sed hoc ipso casu utuntur hac occasione. Aelianus l. l., *πενομένη δὲ ἐκείνη καὶ τρεφομένη ὑπὸ πατρί*. Alciphron, III, 4, *τραφεὶς ὑπὸ παιδαγωγῷ βαρεῖ καὶ ὠφρυωμένῳ*. Aelianus, N. A. VI, 62, *κύων ὑπ' αὐτῷ τραφείς*. Idem, VII, 10, *κύνα ... ὑπ' αὐτοῦ τραφέντα*; codex vero Vaticani, N°. 997, offert *παρ' αὐτοῦ*. Vid. pag. 156. Libanius vol. III, p. 26. *ταῦτα ἄξια τῆς ἐν ἀκροπόλει θεοῦ, ταῦτα τῶν ὑπὸ θεῶν πεπαιδευμένων*. Codex parisiensis, N°. 3017, *ὑπὸ θεῷ*, scil. *τῇ ἐν ἀκροπόλει*.

Cap. XVII. *Καὶ κατέχειν νόσον οὐκ ἔτι οἵα τε ἦν*] Secundum codicem legamus, *κ. κατέχειν τὴν νόσον οὐκ ἔτι οἵα τε ἦν*.

Πρὶν ἢ περιφαίνειν ἕω] Legrandus: »*Suspicari licet προφαίνειν, vel ἐπιφαίνειν. Malim tamen φα-*

νῆναι *seu* προφανῆναι.« Videor contendere posse, verbum περιφαίνειν haud esse corruptum. Cum dici possit διαφαίνει, ὑποφαίνει ἠὼς (v. VALCKENAERIUS *in Herod.*, p. 242 et 657), non intelligo, quidni dicere liceat ἠὼς (vel more attico ἕως) περιφαίνει i. e. περιφανής ἐστι?

Καὶ εἰ αὖτις λέγει αὐτὴν παρ᾽ αὐτὸν ἀφικέσθαι] HEYNIUS: »Λέγει vix sana vox, saltem λέγοι.« Fortasse legendum est θέλοι, ἐθέλοι.

Ὡς δὲ μετὰ τοῦτο οὐκ ἀνίει φοιτῶσα πρὸς τὸν παῖδα] Omnes aliae editiones exhibent ὡς δὲ τοῦτο, quod HEYNIUS mutavit in ὡς δὲ μετὰ τοῦτο. Codex ὡς δὲ τούτου, quae vero lectio non libera est ab omni menda. Lege, suadente KOENIO *in Gregorium*, p. 53, ὡς δὲ ἐκ τούτου, i. e. *ex hoc temporis puncto, in futurum.*

Καί τις ἔρως ἐπήει τὸν Περίανδρον, ἤδη σπουδὴν ἐτίθετο] Coniectura ὑπήει non est prorsus necessaria. KOENIUS l. l. distinguit καί τις ἔρ. ἐπ. τ. Περίανδρον ἤδη, σπουδὴν ἐτίθετο.

Τῶν ἀμφ᾽ αὐτὸν οἰκετῶν] Secundum codicem legendum est, τῶν ἀμφ᾽ αὑτὸν οἰκ., et sub capitis finem τὸν ἑαυτῆς δαίμονα pro τὸν αὐτῆς δαίμ.

Cap. XVIII. Ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνος οὐκ ἐνεδίδου] Haec fert textus HEYNII emendatus. Codex et ceterae editiones ἐδίδου. Cap. XXVI, ὡς δ᾽ ἐκείνη οὐ πάνυ ἐνεδίδου. Cap. XXXIII, μὴ ἐνδιδούσης δὲ τῆς Νιόβης.

Καὶ ἐπειδὴ αὐτὴν ἐζήτει ὁ Ὑψικρέων] CORNARIUS transtulit, *quam quum isthic quaesivisset Hypsicreon;* quapropter GALEUS ἐζήτει in textum recepit. Codex autem praebet ἐξήτει, quod non relinquen-

dum eſt. Ceterum haec duo verba in Xenophonte Ephesio quoque commiſta ſunt, l. I, p. 3. Vid. praeterea Wesselingius *in Diod. Sic.*, vol. I, Add. et Emend. ad pag. 322, 10. Xenophon Ephesius alium adhuc locum obviam facit, ubi librarios litteram ζ pro ξ ſumſiſſe ſemper putavi. Ecce ij ſum: Οἱ μὲν . . . ἀπώλλυντο, οἱ δὲ ἀμύνεσθαι θέλοντες ἀπεσφάξαντο (l. I, p. 24). Codex ἀπεσφάζοντο, atque Locella retinuit vulgatam, contra meam opinionem. Novum, quo ἀπεσφάζοντο legere inducor, argumentum eſt in eo, quod Hermannus (*de emend. rat. gr. gr.*, P. I, p. 336.) eandem correctionem proponit.

Δόξας δὲ ὁ Ὑψικρέων ἀσεβεῖσθαι] Coniecturae Legrandi, qua ἀδικεῖσθαι pro ἀσεβεῖσθαι legitur, neceſſitatem in dubium voco. De ſenſu, Abreschius (*animadv. ad Aeſchyl.* vol. I, p. 285.) iure, »*Nullo*, inquit, *ſenſu interpres convertit*, impium quoddam admittere timens. *Debuiſſet*, ratus nefarie secum actum.«

Cap. XIX. Κασσάμενος] Codex κασσαμενος (*ſic*). Satius forſan eſt legi Κασσαμενός. Vid. quae dicta ſunt ad Antonin. Liber. cap. 25.

Ὁρμήσαντε . . . προσσχόντε] Codex ὁρμήσαντες . . . προσχόντες. Numerus pluralis haud mendoſus eſt; ſed pro προσχόντες ſcribendum eſt προσσχόντες. Vid. Schaeferus *ad Julianum*, p. XXII.

Ἐν δὲ καὶ τὴν Ἀλωέως] Ἐν δὲ pro ἐν δὲ αὐταῖς phraſis non raro obvia eſt. Vid. Ruhnkenius, *epiſt. crit.*, p. 236. Aelianus, V. H., XII, 1, τέσσαρες παρθένοι παράγονται . . . ἐν δὲ ταῖς καὶ ἡ Φωκαῒς Ἀσπασία ἦν.

N. A., XI, 1, ὑμνοῦσι καὶ συγγραφεῖς· ἐν δὲ τοῖς καὶ Ἑκαταῖος, οὐ Μιλήσιος (lege, ſecundum codicem Vaticani, ὁ Μιλήσιος οὗ, vid. Valckenaerius *ad Herod.* p. 602), ἀλλ' ὁ Ἀβδηρίτης (95). Vid. de proximis locis Reizius *de prof. gr. accent. inclin.*, p. 11.

Cap. XX. Κατάξαι τὸν θάλαμον, ἔνθα ἡ παῖς ἐκοιμᾶτο] Haec eadem quoque codex. Galei textus fert minus accurate κατεάξαι. Θάλαμος ἔνθα dicitur ſicut οἰκία ἔνθα, cap. 24. Vid. Toupius *in Suid.* vol. I, p. 149. Libanius vol. IV, p. 52. περὶ τῆς αἰτίας, ὅ θ ε ν προσκεκρούκαμεν Ἀγαμέμνονι. Ὅθεν poſitum eſt pro ἐξ ἧς, δι' ἥν, quemadmodum ἔνθα pro ἐν ᾧ. (96) Heynius ergo jure rejecit vocem καί.

Cap. XXI. Κάδδ' Ἱκετάονα πέφυνεν, ἰθαγενέος Λεπετίμνου] Suadente codice legendum eſt ἐκ δ' Ἱκε-

---

(95) In eodem capite occurrit locus ſequens: Ὅταν οἵ τε ᾠδοὶ τῇ σφετέρᾳ μούσῃ τῷ θεῷ προσᾴδωσι, καὶ μέντοι καὶ οἱ κιθαρισταὶ συγκεχράγωσι τῷ χορῷ παναρμόνιον μέλος· ἐνταῦθά τοι καὶ οἱ κύκνοι συναναμέλπουσιν ὁμορροθοῦντες κ. τ. λ. Vox συγκεχράγωσι corrupta eſt. Schneiderus praefert Abreſchii coniecturam, συγκεράσωσι; iuſta vero lectio eſt συγκρέκωσι, quam nobis conſervavit codex Vaticani, N. 997.

(96) Simili modo alia quoque adverbia uſurpantur, e. c. ἐνταῦθα pro ἐν τούτῳ, ἐνταυθοῖ pro εἰς τοῦτο, ἄλλοθι pro ἐν ἄλλοις. Libanius vol. IV, p. 712. ὁ δὲ χρηματιστὴς, καὶ τὴν ὅλην σπουδὴν ἐνταῦθα ἔχων. Reiskius: „ἐνταῦθα, ſcil. ἐν τοῖς χρήμασιν, aut τῷ χρηματίζεσθαι." Choricius *apud Fabric. bibl. gr.* vol. VIII, p. 852, ὡς ἀδελφοῖς εὐνοῶν τοῖς ἐνταῦθα (cod. quidam pariſ. ἐνταυθοῖ) ἥκουσι τύχης, i. e. εἰς τοῦτο τῆς τύχης. Plato, *Sympoſ.* cap. IX. τῆς δὲ Ἰωνίας καὶ ἄλλοθι πολλαχοῦ αἰσχρὸν νενόμισται, ὅσοι ὑπὸ βαρβάροις οἰκοῦσι. In tentamine meo critico de hoc dialogo, p. 30, equidem legere malui καὶ ἐν ἄλλοις ἄλλοθι, quod hodie vero mihi nullius plane utilitatis videtur, voce ἄλλοθι pro ἐν ἄλλοις poſita. Plat. *Lach.* vol. IV, p. 166 ſq. καὶ γὰρ τὸ μὴ ἄλλοθι διατρίβειν, ἐν οἷς δὴ φιλοῦσιν οἱ νέοι τὰς διατριβὰς ποιεῖσθαι, ὅταν σχολὴν ἄγωσιν, ἀλλ' ἐν τούτῳ, εὖ ἔχει.

ταόνα πέφυνεν ἰθαγενέος Λεπετύμνου. De voce proxime antecedente vid. NICLAS *ad Antig. Caryst.*, p. 28. Ἰθαγενέος, quod GALEUS in ἰθαιγενέος mutare voluit, non eget correctione. APOLLONIUS DYSCOLUS mss. περὶ ἐπιῤῥημάτων· καὶ ἔτι ἐκεῖνο ἀληθές ἐστιν, ὡς ἀεὶ ἡ ὑποστολὴ τοῦ ῑ δευτερεύοντος τοῦ φωνήεντος ἔκτασιν ποιεῖται τοῦ ᾱ. οὕτως ἔχει καὶ τὸ ἰθαγενέεσσιν ἐτίμα (*Odyss.* Ξ, 203), παρὰ τὸ ἰθαίνω· οὕτως ἔχει καὶ τὸ ἀεὶ κ. τ. λ.

Ἔτλη] Haec est codicis lectio. Editiones *Heyniana* priores falso exhibent ἔθλη.

Ἑλκομενῶν ἐπὶ νῆας, ὑποσχεσίης Ἀχιλῆος] Codex ἑλκομένων ἐπὶ κ. τ. λ.

Cap. XXII. Μὴ ἀθροισθὲν τὸ συμμαχικὸν αὐτῆς τῷ Κροίσῳ] HEYNIUS excludere vult αὐτῆς (τῆς πόλεως). Quam vero coniecturam inutilem esse equidem puto. Auctor haud inepte dicere potest: *Rex verebatur, ne auxilia urbis, pro Croeso excita, exercitum suum perderent.*

Ἔχει λόγος] Codex εἶχε λόγος, cum ceteris editionibus. Cap. XXV, ὃν εἶχε λόγος Ἐριφύλης γεγονέναι. Cap. XXVII, ἔχει δὲ λόγος καὶ Ἀλκινόην ... ἐπιμανῆναι. CORNARIUS non intellexisse videtur verba ἔχει λόγος, *fama fert.* Dicitur λόγος ἔχει, λόγος κατέχει (vid. VALCKENAERIUS ad Hippol. p. 322), λόγος φέρεται, et multo adhuc saepius λόγος cum accusativo et infinitivo, non addito verbo. PHILOSTRATUS, epistola XLII, p. 933, ἀλλ' οὖν καὶ ταύτας λόγος νεανίσκοις συμπλέκεσθαι. ARISTAENETUS l. I, 18, ἥλικα γὰρ δεῖ, καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, τέρπειν τὸν ἥλικα. JACOBSIUS, (exercit. critic., to.

I, p. 9.), proponit ἧλ. γὰρ δίκαια, παλ. λ. Equidem aptiorem puto coniecturam MERCERI, ἥλικα γὰρ δὴ καὶ ὁ παλ. λ. κ. τ. λ., quia accedit ad locum PLATONIS, quem ARISTAENETUS transſcripſit. Vid. quoque HEINDORFIUS *ad Plat. Phaedr.*, p. 250.

Ὀχυρότητα] Critici non conſentiunt de ratione, qua ſubſtantivis generis feminini, quae in οτης et υτης exeunt, tribuendi ſint accentus. Conf. auctores a SCHAEFERO *in Long.*, p. 577, laudati. Locus quidam gloſſarii manuſcripti S. Germani, N°. 177, de hac re hanc regulam perhibet: Βραδυτής· ἡ ἀργία. Ἰστέον δὲ ὅτι τὰ διὰ τοῦ υτης καὶ οτης θηλυκὰ ὀνόματα βαρύνονται, οἷον ὀξύτης, σεμνότης καὶ ἄλλα, πλὴν τοῦ βραδυτὴς, ταχυτης καὶ δηϊοτὴς, ἡ μάχη. Conf. praeterea ETYM. M. in voce ἀνδροτής.

Cap. XXIII. Ταύτῃ σφοδρῶς ἐπιτεταμένου τοῦ Κλεωνύμου] Ita reſtituit textum HEYNIUS, pro ἐπιτεταγμένου editionum reliquarum. ABRESCHIUS, *Dilucid. Thucyd.*, p. 788, et TOUPIUS, *emend. in Suid.* etc., vol. IV, p. 169, idem pariter correxerunt. Confirmat quoque hoc codex, ubi legitur ἐπιτεταγμένου i. e. ἐπιτεταμένου.

Τοῦ μὲν κατηλόγει] Vid. de verbi huius conſtructione WESSELINGIUS *ad Herodot.*, p. 71, et de illa verbi ὑποκαίεσθαι cum genitivo HEMSTERHUSIUS in *obſerv. miſcell.*, vol. VI, to. 1, p. 502.

Τῶν πόλεων] Bene correctum eſt pro τῶν πολεμίων. Duo haec verba, quae librarii ita ſcribunt (πο̂), ſaepe confunduntur. Lexicographus ab

ab Hermanno editus p. 378 ait: Προσκαλοῦμαι, τὸ προσλαμβάνω ἤ τινα ἢ πολλούς· τάττεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν ἐπικούρων. Scribendum eſt ἐν τοῖς πολέμοις ſecundum optimos codices, qui addunt inſuper hoc exemplum: οἷον προσεκαλέσαντο τὸν Μέμνον' ἐξ Αἰθιοπίας οἱ Τρῶες.

Cap. XXIV. Τοῦτον ἐξαλλάγμασι πολλοῖς ὑπαγόμενος] Legrandus: »Malim ἀνταλλάγμασι, vel τοῦτον οὖν μειλίγμασι.« Heynius: »Hoc alterum probabilius. Permutationes locum hic non habent.« Equidem locum ſanum puto. Schneiderus, *gloſſ. gr. germ.*: »Ἐξαλλάγματα, *Parthen.* c. 24. *pretia, dona* ſignificare videtur.« Imo *oblectamenta, gratas occupationes.* Lexicon S. Germani mſptum, ἄλλος ἀλφάβητος: Ἐξαλλάξαι, ὡς Ἀλέξανδρος, ἀντὶ τοῦ τέρψαι. Μένανδρος· ἄνθρωπον ἐξαλλάξομεν. Porro: Ἐξαλλάγματα· Ἀναξανδρίδης Θησεῖ (97)· παρθένοι παίζουσι πρὸς ἐλαφρὰ ἐξαλλάγματα. Heraclitus *de incredib.* p. 70. *ed.* Galei, ἀνδρωθεὶς δὲ, μέγας κατὰ ψυχὴν ἐγένετο, ὑπ' οὐδενὸς καταπονηθῆναι δυνάμενος, οὔτε δώροις ἐξιλασθῆναι χαλκοῦ καὶ σιδήρου· οὔπω γὰρ χρυσὸς καὶ ἄργυρος εὕρηται. Verbum ἐξιλασθῆναι coniecit Galeus pro *voce nihili* ἐξαλαστῆναι, quam videmus in Leonis Allatii *excerptis*, p. 3. Codex Vaticani N°. 305, quem ſequebatur hic in

(97) Item legitur in Diogene Laertio, III, 26. Ἀναξανδρίδης ἐν Θησεῖ. Hemsterh. *ad Plut.* p. 323: „Fabulae titulus eſt ſuſpectus, refingendusque mihi videtur in Θησαυρῷ, vel Τηρεῖ, usquedum Theſeus alicunde fuerit inveſtigatus." Hemsterhusius ſi noviſſet lexicon S. Germani, certe mutationem vocis Θησεῖ non deſideraſſet.

edendo *Heraclito*, admodum diſtincte fert ἐξαλλαγῆναι; quod reſtituendum eſt.

Προσηγγέλη] Heynius: »*uſitatior alter aoriſtus* προσηγγέλθη.« Bene tamen nihil mutavit in textu, cum forma προσηγγέλην non omni exemplo careat. Phlegon Trallianus, περὶ θαυμασίων, cap. I, p. 14, ἐγένετο διὰ πόλεως τὸ πρᾶγμα περιβόητον, καί μοι προσηγγέλη. Aelianus *var. hiſt.* IX, 2. διηγγέλη ἡ νίκη.

Τὸν Ἱππαρῖνον ἔφησεν ἀπεκτονηκέναι] Forma ἀπεκτόνηκα non admodum frequens eſt. Occurrit tamen in Platone, *apol. Socr.* cap. 29. ὡς Σωκράτην ἀπεκτονήκατε (cod. Viennenſis, N°. 54, ἀπεκτόνατε), ἄνδρα σοφὸν, et in Plutarcho, *vita Timoleontis* cap. 16, ὃν ἐκεῖνος ἀπεκτονήκει πρότερον ἐν Λεοντίνοις. Sicuti ἀπέκτονα, ἀπεκτόνηκα (quod non derivandum eſt a verbo ἀποκτονέω, mihi valde ſuſpecto), dicitur quoque γέγραφα, γεγράφηκα. Vid. Orvillius *in Charitonem* p. 624. Exemplis ab hoc laudatis addi poteſt Aristaenetus, I, 10, ἀπάτης αὐτῷ περιγεγράφηκας λόγον, et I, 16, ἐκ περιχαρείας γεγράφηκε φίλῳ. Orvillius haud immerito hanc formam eſſe atticam cenſet, et praefert formae γέγραφα in pluribus locis, ubi codices differunt. Herodianus aliter ſentit. Vid. fragmentum, quod in lucem protulit Hermannus de emend. rat. gr. gr., P. I, p. 317.

Παίει καιρίαν τὸν Ἱππαρῖνον] Cornarius mendoſe vertit, *proprium herum Hipparinum ferit.* Vid. Leopardi *emendat.* l. V, cap. 5.

Cap. XXV. Φαΰλλος] Ita codex per totum caput nomen hoc exhibet. Alii quidam auctores dederunt Φαῦλος [98]. Vid. VALESIUS *in Harpocrationem*, p. 78. Utraque forma bona. Lingua graeca gaudet diminutivis in υλλος et υλος. Illis haeret accentus in antepenultima, his in penultima. Hoc modo dicitur Θράσυλλος et Θρασύλος (vid. VALCKENAERIUS *ad Xenoph. Mem. Socr.* I, 1, 18), Βάθυλλος et Βαθύλος [99], Δέρκυλλος et Δερκύλος. Vid. VALCKENAERIUS *ad Euripid. Phoen.* p. 596 sq. PHILEMON et PHAVORINUS, Ἐρωτύλος, ὑποκοριστικῶς, ὁ ἐρωτικὸς, καὶ οὐ κύριον (e. g. in THEOPHYLACTI SIMOCATTAE epistola decima octava). Παρεξύνονται

(98) Ille, qui, testibus grammaticis, occasionem dedit proverbio ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν, nunc vocatur Φαῦλος, nunc Φύλλος, nunc Φάϋλλος. Proximus scribendi modus unice verus est. Quem praeterea exhibent codices Vaticani in SCHOLIASTE *Luciani* (vol. II, p. 711.), atque collectio proverbiorum, quam continet codex parisiensis, N°. 1773: Ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν. ἀπὸ Φαΰλλου τοῦ πεντάθλου τόδε, εἰς ὃν ἐπεγέγραπτο·

Πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάϋλλος.

Ἐπεὶ γὰρ ὑπὲρ τοὺς ἐσκαμμένους πεντήκοντα πόδας, ἑτέρους πέντε εἰς τὸ στερεὸν ἐπήδησεν, εἰς παροιμίαν περιέστη. Ita corrigenda est lectio SCHOTTI (*ad Zenob.*, VI, 23, p. 160). Quod adtinet ad proverbium, de quo dictum est, auctoribus a SCHOTTO laudatis addi potest LIBANIUS, *epistola* 1242, et ὑπὲρ τῶν ὀρχηστῶν (vol. III, p. 373, *ed. Reiskii*). In hocce loco legitur: καὶ ἡ μὲν παροιμία φησὶν, ὑπὲρ τὸ σκάμμα (codex quidam Vaticani ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα) θαυμάζουσα τοὺς τῷ πηδήματι παριόντας τὸ μέτρον.

(99) Vid. e. c. ALCIPHRON, III, 68, Βαθύλλῳ τῷ οἰνοχοοῦντι παιδί. AELIANUS, N. A., XI, 35, Βάθυλιν τὸν Κρῆτα. SCHNEIDERUS notat: „*Nomen* Βάθυλις *an recte habeat, dubito. Vulgo notum est* Βάθυλος (scrib. Βαθύλος), Βάθυλλος.“ Nomen Βάθυλις mihi quoque suspectum videtur. Codex Vaticani, N°. 997, offert Βάθηλυν, et postea, προσέπεσε γενέσθαι αὐτὸ pro π. γ. καὶ αὐτῷ. Proxime memorata lectio contra Schneideri opinionem probat, textum hoc loco haud esse mutilum.

δὲ τὰ τοιαῦτα, οἷον ἐρωτύλος, Αἰσχύλος, Ἑρμύλος, Σιμύλος, πλὴν τοῦ Ὄξυλος (nec ὄξυλος pro ὁμόζυλος, quod credit Toupius, *cur. post. in Theocr.*, p. 10. Vid. Verheykius ad Anton. Liber., p. 214) καὶ Ἴτυλος· παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἴτυλον (*verba veteris, ut videtur, poetae*, ait Sturzius *ad Pherecyd. fragm.* p. 157. Invenimus hoc hemistichium in *Odyssea*, T, v. 522). Sic legendus est et hic locus et Scholiastes *Theocriti* (III, 7), unde transscriptus ille. Suidas: Τερτύλος, Ῥαμύλος, Αἰσχύλος, Αἱμύλος, παροξυτόνως. Igitur, qui scribunt Θράσυλος, Σίμυλος, in errore versantur. Fischerus, *animadv. ad gramm. Well.*, P. II, p. 53, plura diminutiva in υλος desinentia collegit, quibus supperaddi potest Δριμύλος, Lucianus, vol. II, p. 725; Σωσύλος, ibid. p. 747; Φαυστύλος, Coraius *ad Nicol. Damasc.* p. 569; Φιντύλος, Brunckii *anal. gr.*, vol. II, p. 94; Βαιτύλος (sic, neque Βαίτυλος), Chion, epistola 4; Μειδύλος, Suidas: Μείδων, ὄνομα κύριον. Lexicon Ms. St. Germani, N°. 177, addit καὶ Μειδύλος. Alciphron, I, 29, sequentem locum offert: Ἄλλως τε κἂν μοι κνισμός τις ᾖ πρὸς αὐτὸν (Μένανδρον) . . ., δεήσει με ἐπὶ τῆς σκηνῆς ὑπὸ Χρέμητός τινος ἢ Διφίλου πικρῶς λοιδορεῖσθαι. Hunc textum omnes editiones exhibent. Wagnerus de voce Διφίλου notat: »*Cod. Vind.* A. Φειδύλου [Φειδώλου *vel* Φείδωνος?]. *Fortasse non contemnendum, si cogites, Diphilum poetam comicum fuisse, non actorem, qualis est Chremes. Ipse* Berglerus *in commentario locum attulit ex* Athenaeo, l. VI. *init., ubi senes comici* Χρέμης *et* Φείδων *iungun-*

tur.« Jacobsius (*Museum Attic.*, vol. III, P. 2, p. 245 sq.) laudat coniecturam Φείδωνος. Quam maxime miror, neutrum virorum doctorum vidisse, lectioni Φειδύλου codicis Vindobonensis non opus esse correctione. Nomen enim hoc ab omni parte salva analogia formatum est, qua de re facile nobis persuasum erit exemplis modo adlatis. Legitur insuper in Diogene Laertio II, cap. 15: Γλαύκωνος φέρονται διάλογοι ἐννέα. Φείδυλος (leg. Φειδύλος), Εὐριπίδης, Ἀμύντιχος κ. τ. λ. et in Etym. M., in voce Μειδύλος. Praeterea probatur nomine femineo, *Phidyla* (Φειδύλη), quod occurrit in *Odis* Horatii, III, 23:

> *Coelo supinas si tuleris manus*
> *Nascente lunâ, rustica* Phidyle (100).

---

(100) Bentleius adnotat: „*Editiones principes,* Philyre. *Sed* „*codices, praesertim vetustiores,* Phidyle *vel* Phidile. *Tu vide,* „*annon reponendum sit,*

> *Nascente lunâ, rustica* Phidyli:

„*ut sit a recto* Phidylis, *Φείδυλις, eâdem formâ, quâ* Thesty-„lis, Xystylis, Erotylis, Archylis, *apud Terentium* . . . He-„dylis *apud Martialem*, I, 46, *ubi Ramiresius* Aedila, *Grute-„rus et Scriverius* Hedyle, *ille nomine errans, hi sexu. Quem-„admodum autem ab* Ἥδυλος (scrib. Ἡδύλος) *femininum sit* He-„dylis, *ita a* Φείδυλος (Φειδύλος) *erit* Phidylis. *Fatendum tamen* „*est, si illud* Phidyle *analogiam servet, gratius libentiusque in* „*Creticum pedem hoc carmen exire, quam in dactylum.*“ Non negari quidem potest, nomina feminina a diminutivis in ῡλος derivata in ῡλις exire solere. Quae Bentleius attulit, augeri possunt his: Αἰσχυλὶς, Βακχυλὶς et Δερκυλὶς, in *Anthologia graeca* obviis. Hoc modo nomina ista in optimis editionibus accentu notantur. Sed forma ῡλη non omni auctoritate veterum destituitur. Ammonius p. 125. „Κονδύλη, Δαμύλη, Φαισύλη, Ἡδύλη.“ Valckenaerius restituit *Etymol. M.* Κρωβύλη pro κρυώλη. Legimus nomen Κρωβύλη in Menandro comico (*apud Herodian.* p. 302. *edit. Herm.*) et in Luciano vol. III, *meretr. dial.* VI. Nihil ergo mutandum in Horatio. Cum dicerent Κρωβύλος, Κρωβύλη, dicebant quoque Φειδύλος, Φειδύλη. Diminutivis in ῡλλος feminina sunt in ῡλλα, v. g. Κτήσυλλα, Μνάσυλλα, Νίκυλλα.

Lectio Φειδύλου etiam in praestantissimis Parisiorum codicibus obvia. Φείδων, Φειδύλος, Χρέμης, Χρεμύλος vocabantur senes veteris comoediae. Adnoto adhuc, primum istorum nominum corruptum fuisse in Luciano, vol. III, *meretric. dial.* II. Editiones Φίλωνος τοῦ ναυκλήρου; melioris autem notae codex Vaticani per totum hunc dialogum restituit nomen Φείδων, quod melius convenit personae, de qua agitur.

Ἐν τῷ τῆς Προνοίας Ἀθηνᾶς ἱερῷ] Wesselingius *ad Diodorum*, vol. I, p. 415, corrigit Προναίας. »*Cum Delphis*, inquit, *ea sint acta, verum* »*est* Προναίας. *Eum enim titulum sortita Minerva* »*fuit, quod eius aedes ante Apollinis collocata esset* »*templum. Ortum videtur mendum, quod Miner*»*vae* Προνοίας *titulus, quem Athenis atque alibi ha*»*buisse novimus, videretur aptior.*« Vid. quoque Lennepius *ad Phalarin*, p. 145 sqq.

Ἡ γυνὴ μάλα περίπυστος οὖσα] Περίπυστος significat, *celeber*, *famosus*, nec *gloriabundus*, quod Cornarius versione reddidit. Vid. Abreschius, *lect. Aristaenet.*, p. 250.

Τῶν περὶ τὴν Ἐριφύλην γενομένων] Codex et duae primae editiones legunt γινομένων.

Cap. XXVI. Ὡς δ' ἐκείνη οὐ πάνυ ἐνεδίδου, ἐνενόει τὸ δόλῳ καὶ ἀπάτῃ περιγενέσθαι αὐτῆς] Heynius: »forte τὸ ante δόλῳ delendum.« Mihi magis placeret lectio ἐνενοεῖτο. Brunckius *ad Eurip. Med.* v. 881: »In νοέω et compositis activum et passivum promiscue usurpantur.« Parthen. praef. p. 2. Χεῖρον περὶ αὐτῶν ἐνεισήθης.

Τινὲς μέντοι ἔφασαν, διωκομένην ἑαυτὴν ῥίψαι] Codicis margo addit, *γράφει Ἀριστόκριτος ἐν τοῖς περὶ Μιλήτου*.

Cap. XXVII. *Ὅθεν εἰς τοσοῦτόν τε μανίας ἐλθεῖν*] CORNARIUS vertit, *unde ſane in tantam inſaniam venit*, et haec ſequens GALEUS recepit in textum vocem *μανίας*, cuius in codice nullum veſtigium. Mihi lectio vulgata poſſe defendi videtur. LIBANIUS IV, p. 667. *ἐγὼ δ' εἰς τοσοῦτον ἤδη προέρχομαι, ὡς μηδὲ τῶν θεῶν αὐτῶν ἀπέχεσθαι*. REISKIUS: »*εἰς τοσοῦτον*, ſcilicet *ἀσεβείας καὶ μιαρίας, καὶ μανίας*.« XENOPHON EPHESIUS p. 29, *ἀφρῶν εἰς οἷα ἄρα ἐλήλυθε*. Nihil iuvat addita vox *κακά*. Vid. SCHWEBELIUS *ad Onoſandr.* p. 117. PAUSAN. IV, p. 489. *τέλος δὲ ἐς τοσοῦτον Ἀριστόδημον προήγαγεν οὗτος, ὡς . . . τὴν θυγατέρα ἀποκτεῖναι*.

Cap. XXVIII. *Ἀπό τινος δένδρου ἀνήρτησεν*] HEYNIUS addere vult *ἑαυτήν*. Idem iam correxit GOENSIUS (VAN GOENS) *obſſ. miſcell.* p. 54.

Cap. XXXI. *Λέγεται Διμοίτην ἁρμόσασθαι κ. τ. λ.*] Conf. quae dicta ſunt ad *Antonin. Liberal.* cap. IV.

Καὶ οὕτως μὴ ἀνιέμενον τοῦ πάθους, ἐπικατασφάξαι ἑαυτόν] HEYNIUS legere mavult, *ἀνιεμένου τ. π.* Mihi vulgata praeferenda videtur. Cap. XI. *τὴν δὲ ἄρα ὑπὸ τοῦ πάθους μὴ ἀνιεμένην*.

Cap. XXXII. *Ταύτῃ ὑπελθὼν πάσῃ μηχανῇ πείθει αὐτῷ συμμιγῆναι*] Codex *ταύτηι* (*ſic*). ABRESCHIUS, *lect. Ariſtaen.*, p. 186: »*Vel leg. ταύτην*, »*vel ταύτῃ poſuit adverbialiter pro διὸ, διὰ ταῦτα*, »*et accuſativum reliquit ſubaudiendum.*« Non du-

bito, quin *ταύτην* ſit vera lectio. SUIDAS: *Ὑπέρχεται, αἰτιατικῇ· ἀντὶ τοῦ ὑπάγεται τὸν δῆμον, καὶ ὑποτρέχει.* Vid. TOUPIUS, *emend.* vol. II, p. 501 et 511. LUCIANUS, *dial. meretric.*, vol. III, p. 280, *Γοργόνα αὐτὸν ἡ παμπόνηρος, φίλη δοκοῦσα εἶναι, ἀπέσπασεν ἀπ᾽ ἐμοῦ ὑπαγαγοῦσα.* Duce codice Vaticani, N°. 87, reſtituendum eſt *ὑπελθοῦσα*, cuius gloſſa eſt *ὑπαγαγοῦσα.* Vid. LUCIANUS, vol. I, p. 320, *ὑπελθών μου τὴν ἐρωμένην, . . . διεκόρησας τὴν παῖδα.*

Καὶ ἐκ τοῦδε λανθάνοντε τοὺς αὐτῶν γονεῖς] Secundum codicem legendum eſt *λανθάνοντες.* CORNARIUS interdum numero plurali dualem ſubſtituit. Vid. quae dicta ſunt ad cap. XIX.

Ἀποσκεδασθέντες εἴς τινα δρυμὸν κατειλήθησαν] Ita hoc exhibet codex, quod immerito permutare voluere in *κατειλύθησαν* vel *κατεληλύθεισαν.* HERODOTUS, l. VIII, p. 652, *ἐπεί τε γὰρ κατειλήθησαν ἐς τὸν Παρνησσόν.* DIO CHRYSOST. to. I, p. 542. *τοὺς Ἀχαιοὺς εἰς τὰς ναῦς ἤδη κατειλημένους.* ONOSANDER, *Strateg.* p. 126, *εἰς ἀκρόπολιν ἐρυμνὴν κατειλήθησαν*, ubi vide SCHWEBELIUM.

Περιδινηθεὶς ἀπολισθαίνει τοῦ ἵππου] Ita HEYNIUS textum excudi iuſſit. Codex et ceterae editiones habent *ἀπολισθάνει*, quod haud mutandum eſt. TOUPIUS *ad Longinum*, p. 280: »*Dicitur ἀπολισθαίνειν, ἀπολισθάνειν et ἀπολισθεῖν, ut ἀλφαίνειν, ἀλφάνειν et ἀλφεῖν, οἰδαίνειν, οἰδάνειν et οἰδεῖν, et ſi quae alia.*« Vid. inprimis PORSONUS *in Phoeniſſas*, v. 1398. PAUSANIAS offert ſecundum textum FACII,

l. V, cap. 27 : *ἀπολισθαίνουσί τε δὴ αὐτοῖς αἱ ὁπλαί.* Editio *Kuhniana* *ἀπολισθάνουσι*, quod reſtituendum. Aelianus, N. A. IX, 9, *ῥαδίως δὲ εἰς τὸν θαλάττιον βίον ὑπολισθαίνει.* Codex Vaticani, N°. 997, praebet *ὑπολισθάνει*, et IX, 61 ; XI, 22 ; XIV, 8 ; XVII, 21 et 44, *κατολισθάνει* pro *κατολισθαίνει.* — Aliud verbum, ſyllabis $\overline{\alpha\nu\omega}$ terminatum, quod ex uno tantum loco mihi notum eſt, *φυτάνω* *(ſero)*, occurrit in Apostolio, XVI, 28, *ἄμπελον γάρ τινος φυτάνοντος, εἷς τῶν οἰκετῶν κ. τ. λ.* Quod vero verbum, doctiſſimo Coraio mihi adfirmante, neque occurrit in vetere Graecorum ſcriptore, neque in recentiore, ſicuti nec forma *φυτάω*, quam legimus in Aristaeneto, II, 5. (vid. Brunckius, *ad Apollon. Rhod.* p. 168). Codex pariſienſis, N°. 3059, ab Apostolio ipſo [101] conſcriptus, diſtincte fert *φυτεύοντος*, quod recipiendum eſt. In Charitone, I, 14, p. 28 occurrit verbum *ἡσυχάνειν*, quod iuſtum habeo, quamvis Orvillio placet legi *ἡσυχάζειν*, atque Beckio *ἡσυχαίνειν.*

---

(101) Codex ille ſatis inſignis eſt magna inſtarum, quas offert, lectionum copia, ſecundum quas textus Petri Pantini poteſt corrigi atque ſuppleri in locis plurimis. Praeter proverbia, de quibus actum, complectitur quoque *vitas Sophiſtarum auctore* Philostrato. Titulus primi operis hic eſt: *Μιχαήλου Ἀποστόλου, τοῦ Βυζαντίου, συναγωγὴ παροιμιῶν καὶ συνθήκη· οὐκ ἄνευ γε τοῦ, καὶ ὅθεν αἱ πλείους ἐσχήκασι τὰς ἀρχάς. Τῷ ἐνδοξοτάτῳ καὶ σοφωτάτῳ ἀνδρὶ Κυρίῳ Λαύρῳ τῷ Κυρίνῳ.* Dedicatio paullulum differt ab ea, quae in editionibus excuſa eſt. Vid. Morelli *biblioth. manuſcr. gr. et lat.* (Baſſani. 1802.) p. 158. Poſt Sophiſtarum vitas ſequentem legimus deſignationem: *Μιχαῆλος Ἀποστόλης* (ergo non vocabatur Apostolius) *Βυζάντιος, μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς αὐτοῦ πατρίδος, πενίᾳ συζῶν, καὶ τόδε τοῦ θαυμαστοῦ Φιλοστράτου τοῦ Λημνίου βιβλίον ἐξέγραψεν, ᾧ δὴ παραπλήσιον καὶ αὐτός γε ἐς αὐτὸν πεποιήκει.*

Cap. XXXIII. Αὐτὴν αὐτῷ γήμασθαι] Codex αὐτὴν αὑτῷ γήμασθαι.

Cap. XXXIV. Εἰς Ἀΐδαο κατοιχομένου] Ceterae editiones perhibent ἐν Ἀΐδαο, codex εἰν Ἀΐδαο κατοιχ.

Τυνδαρὶς . . . κακὸν γόνον ἤρατο βούτεω] Codex ac reliquae editiones offerunt ἤρατο, nec hoc falſum eſt. Vid. quae dixi ad Antonin. Liber., cap. XVII. Voce Τυνδαρὶς revocor in memoriam epigrammatos inediti, quod continet codex Vaticani, N°. 997, ubi ſermo eſt de *nepenthe*, quod Helena Telemacho obtulit. Ecce ipſum, utut languidum :

> Τυνδαρίη κρητῆρα κερασσαμένη παρὰ δεῖπνον,
> Δάκρυα Τηλεμάχοιο κατέσβεσεν ἐς μίαν ὥρην.
> Εἰ δὲ ῥόδα προσέμιξε παρηγορέοντι κυπέλλῳ,
> Εἶχε μένειν ἄκλαυστος, ἕως νόστησεν Ὀδυσσεύς.

Tyndaris lacrymas in horam Telemachi ſiccavit, dum in coena poculum eius replebat. Si huic poculo conſolatorio roſas immiſcuiſſet, lacrymarum fontem, usque dum rediret Ulyſſes, exſiccare potuiſſet. Correxi Τηλεμάχοιο et κυπέλλῳ pro Τηλεμάχου et κυπέλλων, quorum alterum obſendit metrum, alterum, cuius corruptione nihil apertius, nullum utique ſenſum praeberet. De more bibendi roſas vid. Boettigerus, *Sabina*, To. I, p. 244.

Cap. XXXVI. Μετήεσαν] Heynius notat, nec immerito, hoc verbum ſignificare *arceſſiverunt*, neque *miſerunt*. Valckenaerius idem obſervavit, *diatrib. in Eurip. reliq.*, p. 104. Vid. quoque Berglerus *in Ariſtophanem*, Elg., v. 278.

Αὖτις ἀπεχώρησεν] In ceteris editionibus αὖθις ἀπεχώρισεν. LEGRANDI correctio a codice confirmatur.

Haec ſunt, Amice doctiſſime, quae in ANTONINUM LIBERALEM et PARTHENIUM notanda atque Tecum communicanda habui. Reſtat adhuc, ut promiſſi, quod Tibi dedi, memor addam nonnulla de *Ariſtaeneto* ex editione POLYZOIS KONTOU, natione Graeci, qui varia carmina compoſuit, ipſam veterum Graecorum linguam aemulatus. Hic eſt titulus novae huius editionis:

Ἀρισταινέτου ἐπιστολαὶ τανῦν ἑλληνιστὶ μόνον ἐκδίδονται. Διὰ φιλοτίμου δαπάνης καὶ προτροπῆς τῶν τιμιωτάτων πραγματευτῶν ΚΡ. ΤΡ. ΖΚ. καὶ ΠΣ. Μεθ' ὅσης οἷόν τε ἐπιμελείας διορθωθεῖσαι. 1803. 8.

Cum POLYZOIS opus ſuum notis ornare noluerit, equidem textum tantummodo, quem dedit, diſquiram. Antea vero referam Tibi quaedam ex eius praefatione graeca.

Ab initio auctor de gratia recentiorum Graecorum loquitur, quam in Germania, Anglia, Gallia et Italia viri docti editis veteris Graeciae auctoribus meruerint. Haud neſcit utilitatem, quam praeſtiterunt eorum notae et verſiones; ſed opinatur, linguam graecam ex longo iam tempore in Europa non ſatis aeſtimatam eſſe, quia graecorum librorum editores eius loco in componendis praefationibus atque commentariis latina uſi ſint. Cum POLYZOE KONTOU credo, ob graecae linguae copiam verbo-

rum ac perfectionem potius fore, si nostri aevi editores editiones integras graece construerent, atque si post litterarum instaurationem numquam hanc viam reliquissent. At enimvero illiusmodi commentarium hodie perpauci lectores intelligere, perpauci eruditi conscribere valerent.

Polyzois pergit: Nonnulli graecorum auctorum editores, qui in praefatione latine locuti sunt, vel reprehenderunt eos, qui graecum opus in lucem proferentes ausi sunt eadem lingua in praefatione uti. Quae auctoris animadversio spectat duas editiones fabulae romanensis Xenophontis Ephesii, quae in lucem exierunt Viennae Austriacorum, altera a. 1793, typis Bentotis, altera cura Locellae V. Cl. Posterioris praefatio (p. XV sq.) de priore haec habet: »Denique ignotus mihi quidam graecus negociator, ut textus Xenophontis »graecus Lucensis editionis unà cum Salvinii ita-»licà versione denuo typis in hac urbe describere-»tur, sumptus praebuit, editionem curante nescio »quo terrae filio, cuius nomen ad calcem ineptae »suae graeco-barbarae praefationis litteris Π. Ἱ. »(*i. e.* Πολυζώης ἱερεὺς) indicatur. *Quem ego qui-»dem hominem*, ut cum Plauto dicam, *nullius co-»loris novi;* nam qui esset atque unde domo, quae-»rere operae pretium non putavi; verum is mihi hac-»tenus bene cognitus est, ut eum confidenter te-»terrimum veteris graeci scriptoris editorem nomi-»nare possim.« Polyzois de commemoratae editionis, cuius verba curavit ipse Bentotis, redemtor, parvo pretio consentit; sed ut auctor praefationis

et epigrammatis graeci, quod illi adiunxit, offenſum ſe putat ab iis, qui, fortaſſe ne lecto quidem utroque diligenter, barbara ea vocarunt. Apologiam finit obſervatione juſta in multos eorum, qui noſtro tempore latine ſcribunt, etſi non de LOCELLA valeat: »Ἀλλ' εἴπερ δοκοῦμεν τοῖς τοιούτοις ἐλλογίμοις κριταῖς τῆς Ὁμήρου καὶ Ξενοφῶντος φράσεως ἀπολείπεσθαι· γνωστὸν ἅπασιν, ὡς οὐδ' ἔνι καὶ τῷ καλάμῳ αὐτῶν τὴν Οὐϊργιλίου καὶ Κικέρωνος φράσιν προσιζάνειν θεάσασθαι.«

Polyzois dein tranſit ad epiſtolas Ariſtaeneti, quarum indolem ita depingit: Αἵπερ τῇ τῆς φράσεως φυσικῇ γλαφυρίᾳ, καὶ τῇ τοῦ λόγου εὐσυνόπτῳ καθαρότητι τὴν πρὸς ἐρωτικὴν τῶν Ἑλλήνων φιλοκαλίαν, ὥσπερ ἐν ἄλλοις πρὸς ἀρετὴν, ῥοπήν τε καὶ κλίσιν χαριέντως ἐνδείκνυνται. Suam contendit editionem primam textum exhibere ἄνευ τινὸς μεταφράσεως, ἢ σχολείων καὶ σημειώσεων λατινικῶν. Falſo vero. POLYZOIS nimirum haud cognoſcere videtur primam Ariſtaeneti editionem a SAMBUCO prolatam, *Antverp.* a. 1566. 4°.

De ſuae editionis textu ita diſſerit: »Ὅσα δὲ κατὰ γραφὴν, ἢ σημασίαν ἐν ταῖς πρώην ἐκδόσεσιν ἐσφαλμένως ἔχοντα κατεφαίνετο, ὡς ἐκ πηγῆς τινος τοῦ ἐν τῇ Καισαρικῇ Βιβλιοθήκῃ παλαιοῦ χειρογράφου, ἢ ἄλλου του προερχόμενα, τό γε μοι ἧκον, ταύτας κἀκεῖνο ὡς οἷόν τε ἐσκεμμένως συγκρίνων, διὰ τῆς κατὰ γραμματικὴν βασάνου πολλαχοῦ τὸ ἀκατάλληλον τῆς συντάξεως, καὶ τὸ πρὸς σημασίαν τινῶν ὀνομάτων ἀσύμφορον ἐπιδιορθῶσαι προήχθην.«

Iam videamus, quomodo promiſſis ſteterit, perſcrutantes libri primi epiſtolam primam.

Ἀρισταίνετος Φιλοκάλλῳ] Haec quidem eſt lectio codicis, non dubito tamen, quin Polyzois melius ceteras editiones ſecutus eſſet, ubi legitur Φιλοκάλῳ.

Ὦ φύσεως τὸ κάλλιστον φιλοτέχνημα, ὦ γυναικῶν εὔκλεια] Codex bis exhibet ὢ, atque hoc Polyzois reddere debuiſſet et hic et l. I, 17, ubi codex item offert, ὢ δυστρόπου γυναικὸς, ὢ βαρβάρων ἠθῶν, ὢ ψυχῆς ἀνημέρου. Vid. Valckenaerius *ad Theocr. Adon.* p. 403 ſq. et auctores, quas laudat Schaeferus V. Cl. *ad Longum*, p. 343 ſq.

Χείλη δὲ λεπτὰ καὶ ἠρέμα διῃρμένα, καὶ τῶν παρειῶν ἐρυθρότερα] Διῃρμένα Ios. Mercieri coniectura eſt. Codex διῃρημένα, quod poteſt defendi et propterea fruſtra mutatur. Leo Allat., *excerpta var.*, p. 95, τὸ δὲ στόμα διῃρημένον εἰς λόγους ἀνεῖται. Vid. *ibid.*, p. 111. Lucianus, *Toxar.*, vol. II, p. 516, τοῖς κενοῖς τούτοις καὶ κωφοῖς προσωπείοις . . ., ἃ διῃρημένα τὰ στόμα, καὶ παμμέγεθες κεχηνότα, οὐδὲ τὰ σμικρότατα φθέγγεται. Ab altera vero parte dici quoque poſſet χείλη διῃρμένα. Saepe obviam invenimus formulam στόμα διᾶραι. Vid. Abreschius in hunc locum, et Valckenaerius *ad Theocr. Adon.*, p. 232. A. Scholiastes *Luciani*, vol. II, p. 827, μειδίαμα ἄχρι τοῦ τὰ χείλη διᾶραι (102). Accedit, quod verba διαίρειν et διαιρεῖν

---

(102) Ab initio huius ſcholii legitur, κρότος μὲν ἐπὶ τῶν ῥητορικῶν λόγων, καὶ μάλιστα τῶν ἐπιδεικτικῶν ἐν θεάτρῳ λαλουμένων,

ſaepiſſime apud veteres librarios confuſa ſunt. Callistratus, p. 892, *ed. Olear.*, *καὶ γὰρ τὸ τεθνηκὸς ὁ λίθος ὑπεδύετο, καὶ μίαν οὖσαν τὴν ὕλην εἰς θανάτου καὶ ζωῆς διῄρε τὴν μίμησιν.* Optimi Pariſiorum codices perhibent *διήρει.* Vid. p. 905, *οὐδὲ θηριώδης ἡ εἰκὼν, ἀλλ᾽ εἰς θυμοῦ καὶ μανίας ἔνδειξιν διῃρεῖτο.* Apud Eunapium, p. 41, *μέγα φρονῶν, καὶ γνώμῃ διῃρημένος.* Heynius (*ad Apollod.*, to. I, p. 528) correxit *διῃρμένος.* Cum hac correctione conſentit excellens Vaticani codex, N°. 140. — Abreschius de verbis *καὶ τῶν παρειῶν ἐρυθρότερα* haec: »Barthius *ad Stat.*, VI. Theb., v. 555, *emendat* »*χείλη δὲ λεπτὰ καὶ ἠρέμα διῃρημένα, καὶ τῶν πα-* »*ρειῶν ἐρυθρὰ, ἐρυθρότατα.* *Quod ego non capio,* »*nec dubium, quin error inſederit.*« Errorem ſubeſſe non credo. *Χείλη παρειῶν ἐρυθρότερα* eſt locutio haud graviſſimi ſenſus, et hanc ob rem Barthius eam ſupprimere et cum alia commutare voluit. Sed immerito. Immutatas auctori relinquamus ipſius ideas, neque exornemus. Praedicat de Laïde, eius labra genis ſuavius eſſe roſea; alia occaſione data loquitur de genis, quarum color labris nihil cedat. I, 10, *τοσοῦτον ἐξεφοινίχθη τὸ πρόσωπον, ὡς δοκεῖν, ὅτι τῶν παρειῶν ἔνδον εἶχέ τινα ῥόδων λειμῶνα, καὶ τὸ ἐρύθημα τοῦτο μηδὲν τῶν χειλῶν αὐτῆς διαφέρειν.* Eadem leguntur in codice vindoboneuſi, non *διαφέρει.*

καὶ τῶν ῥητόρων, ὡς ἔθος αὐτοῖς, πεπαῤῥησιασμένως χειροτονούντων ἐπὶ τοῖς λεγομένοις ὑπ᾽ αὐτῶν. Valde miror, voce *χειροτονούντων* neminem offenſum eſſe. Non eſt tamen dubitandum, quin legere debeamus *χειρονομούντων.*

Τὸ δὲ μέλαν αὐτῶν, αἱ κόραι μελάντατοι, καὶ τὸ κύκλῳ λευκὸν, αἴγλην λευκότατον] Ceterae editiones cum codice λευκόταται offerunt, quod corruptum esse apertissimum. Vid. Wagnerus *ad Alciphr.*, to. II, p. 225. Polyzois recte lectionem λευκότατον recepit, quam librarius ut variantem lectionem codicis margini inscripsit. Mercierus prius eodem modo correxerat, postea vero maluit legere αἱ γλῆναι λευκόταται. Quae vero coniectura bonis minime adnumerari potest, cum vox γλήνη, quae significat idem quod κόρη, non synonyma esse possit cum τὸ κύκλῳ λευκόν. Scholiastes *Apollonii Rhodii*, I, 1281, γλήνη, ἡ κόρη τοῦ ὀφθαλμοῦ.

Ἡ δὲ κόμη φυσικῶς ἐνουλισμένη, ὑακινθίνῳ ἄνθει καθ᾽ Ὅμηρον ἐμφερής] In codice et reliquis editionibus legitur ὑακίνθῳ ἄνθει. Lectio, quam Polyzois recepit, est coniectura *Merceriana*, confirmata a manu recentiori, qua codex correctus. Philostratus, *Icon.*, l. II, 11, p. 829, ἐκπεφύκασιν ὑακινθίνοις ὁμοίως ἄνθεσιν. Aristides, to. I, p. 261, ὑακινθίνῳ μὲν ἄνθει οὐδαμῶς ὅμοιον. Nonnulli codices ὑακίνθῳ. Vid. praeterea Libanius, *vol.* IV, p. 855, *ed. Reiskii.*

Ἔστι δὲ εὐμήκης ἡλικία] Polyzois in *erratis* emendat, ἔστι δὲ εὐμήκης ἡλικίᾳ. Codex fert ἔτι δὲ εὐμ. ἡλ., quod in textum recipi debebat.

Ἐνδεδυμένη μὲν εὐπροσωποτάτη ἐστίν] Ἐστὶν pro δὲ, quod legitur in primis editionibus, est coniectura Orvillii, quam codex confirmat. Vid. commentarius in Charitonem, p. 297. Compendia scribendi, quibus pro utraque voce usi sunt, interdum quam

quam maxime conveniunt; nihil nisi spiritus verbi ἐστὶν notat differentiam. In septima epistola libri primi cum reliquis editoribus dedit Polyzois, ὥσπερ καὶ τὸ τῶν ἄστρων πῦρ· φῶς μᾶλλον δὲ ἢ πῦρ. Codex vero correctius legit, ὥσπερ καὶ τὸ τῶν ἄστρων πῦρ φῶς μᾶλλον ἐστὶν ἢ πῦρ. Ambae voces apud alios quoque auctores commistae sunt. Adferam huc loca quaedam, quibus vera lectio nondum in textum editionum recepta est. Eustathius *ad Dionysium Periegeten* (in *Schneid. anal. crit.* p. 23): Ὁ δὲ Γεωγράφος φησὶ καὶ ὅτι μεγίστη δὲ μετὰ Σιδῶνα ἡ Τύρος. Pro μεγίστη δὲ restituendum est μεγίστη ἐστί. Diogenianus, *proverb.*, III, 37, Ἀφροδίσιος ὅρκος· οὐκ ἐμποίνιμος δέ· ἐπὶ τῶν ἐρωτικῶν. Lege secundum codicem Vaticani, N°. 485, Ἀφρ. ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμός ἐστιν. ἐπὶ τῶν ἐρωτικῶν. Scholiastes *Luciani*, vol. I, p. 176, σπανίως δὲ φαίνεται (ἡ ἀλκυὼν), καὶ τότε κατὰ τὸν τῆς Πλειάδος δύσεως καιρόν. ἐπικαθεζομένη τε τῶν πετρῶν ᾄδει τι μέλος λιγυρόν. Ὅτε δὴ καὶ τὸ πέλαγος δὲ ἀκύμαντον καθάπαξ καὶ νήνεμον. Abreschius, *lect. Aristaen.*, p. 196, lectionem πέλαγος διακύμαντον proposuit; veram autem exhibet codex parisiensis, N°. 1807, quo Platonis opera continentur. Hic legitur λιγυρὸν, ὅτε δὴ καὶ τὸ πέλαγός ἐστιν ἀκύμαντον κ. τ. λ. Idem *Scholiastes*, vol. III, p. 55, αὗται δὲ πρὸς τὴν εὐθεῖαν τοῦ θεάτρου πλευρὰν ἀνεῴγεσαν, οὗ καὶ ἡ σκηνὴ καὶ τὸ προσκήνιον δὲ μηχανῶν δύο μετεωριζομένων κ. τ. λ. Duce codice S. Germani corrigendum est, οὗ καὶ ἡ σκηνὴ καὶ τὸ προσκήνιόν ἐστιν· μη-

χανῶν κ. τ. λ. Conf. quoque Heraclides, *alleg. Homer.*, p. 82, *ed. Schowii.*

Βάδισμα τεταγμένον, βραδὺ δὲ, ὥσπερ κυπάριττος ἢ φοῖνιξ, σειόμενοι ἡσυχῇ] Βραδὺ pro βραχὺ, quod invenimus in codice omnibusque editionibus, Polyzois coniecit. Codex offert σειόμενος, quod melius eſt, quam σειόμενον et σειόμενοι.

Κυδωνιῶντες αὐτῆς οἱ μαστοὶ] Polyzois addidit αὐτῆς, ſed codicis conſenſus deeſt. Mercierus vertit, *ſororiantes papillae.* Κυδωνιῶντες ſignificat, *Cydoniis malis ſimiles.* Vid. Jacobsius, *animadv. in Anthol. gr.*, vol. VII, p. 102. Primus interpres francogallicus ([103]) hunc locum ita reddidit: »*J'avois presque oublié à dire de quel effort ſes te-* »*tons* POMMELANS *luittent en ſouſpirant contre le gor-* »*gerin qui les couure.*«

Οὕτω μέντοι σύμμετρα καὶ τρυφερὰ τῆς Λαΐδος τὰ μέλη, ὡς ὑγροφυῶς αὐτῆς λυγίζεσθαι τὰ ὀστᾶ τῷ περιτυπουμένῳ δοκεῖν] Sic omnes editiones. Pavius per τὸ περιτυπούμενον veſtimenta intelligere vult, quae videndam faciunt integram corporis figuram. Orvillius *(ad Charitonem*, p. 299.) ſic transfert: *omne id, quo oſſa, ceu materies typo, circumdantur, carne, veſte, amplexibus.* Verba autem τὸ περιτυπούμενον in textum irrepſerunt ex errore primi editoris. Codex habet τῷ περιπτυσ-

(103) Hic eſt titulus huius verſionis rariſſimae integer: *Les epiſtres amoureuſes d'Ariſtenet, tournées de grec en françois. Par Cyre Foucault Sieur de la Coudriere. Avec l'image du vray Amant. Discours tiré de Platon. A Poictiers, pour André Citoys, et Iſaac Barraud, libraires iurez.* 1597. 12.

σομένῳ, atque hoc Polyzois recipere debebat. Foucault de la Coudriere ita vertit: »*Quand* »*à ſes autres membres, ils ſont ſi tendrelets et ſi* »*poupins, qu'*en pressant tant soit peu *ſes os,* »*ils ployent ſous le doigt ainſi que de la cire ou de* »*l'oſier, de mode qu'ils reçoivent ſort aiſément les* »*empraintes bien que legeres et peu violentes, ob-* »*eïſſant ſouplément aux embraſſemens amoureux.*«

Ὅσον ἡ γλῶττα στωμύληθρος· εἴδοις ἂν τὴν Πειθὼ τοῖς πορφυρείοις αὐτῆς χείλεσιν ἐπικαθημένην· καὶ τῶν Χαρίτων] Verba εἴδοις ἂν τὴν Πειθὼ τοῖς πορφυρείοις αὐτῆς χείλεσιν ἐπικαθημένην (104) tam in omnibus editionibus, quam in codice Vindobonenſi, quem ſolum hodie novimus, fruſtra quaeruntur. Polyzois (*praefatio*, p. XIII) aſſirmat, ſe vidiſſe in Graecia alterum Ariſtaeneti codicem, nonniſi quatuor tamen epiſtolas complectentem. Credere nos oportet, hunc eſſe eum, ex quo phra-

(104) Alciphron, III, 65, *καὶ τὴν Πειθὼ τῷ στόματι ἐπικαθῆσθαι εἴποις ἄν.* Vid. Berglerus, I, 38, et Wyttenbachius, epiſt. crit., p. 262. Auctor epiſtolarum Aristaeneti ſaepe Alciphronem imitatur, vel in quibusdam locis ad verbum exſcripſit. Locus, cui ineſſe imitationem Alciphronis nondum animadverſum eſt, occurrit l. I, 16, *καὶ τῆς ἐμῆς αὐτὴ λαβομένη χειρὸς, ἐμάλαττε τοὺς δακτύλους ἐκ τῶν ἁρμῶν ἠρέμα χαλῶσα, καὶ προσεγέλασεν ἡδύ.* Conf. quae leguntur in epiſtola Alciphronis inedita, de qua dixi pag. 223: *Τὰς τῶν ἐραστῶν χεῖρας ἐμαλάττομεν, τοὺς δακτύλους ἐκ τῶν ἁρμῶν ἠρέμα πως χαλῶσαι, καὶ πρὸς Διονύσῳ ἐπαίζομεν, καί τις ἐφίλησεν ὑπτιάσασα κ. τ. λ.* Abreschius (*lect. Ariſtaen.* p. 105) errat contendens, Graecorum phraſin, *ἁρμοὶ τῶν δακτύλων*, idem eſſe quod Apuleii (III, p. 43, *ed. Pric.*), *palmulae in alternas digitorum viciſſitudines connexae.* Ἁρμοὶ ſunt articuli digitorum, quibus hi manui adnectuntur, et quod Alciphron dicit *χαλᾷν τοὺς δακτύλους ἐκ τῶν ἁρμῶν*, nihil aliud eſt, quam *digitis concrepare*, (Francogallorum *faire craquer les doigts).* Qui ludendi mos adhuc hodie inventuti in uſu eſt.

ſin ille hauſerit, qua editionem ſuam adauxit. Pro εἴδοις ἂν mihi quidem magis placet ἴδοις ἂν vel εἶδες ἄν. CALLISTRATUS, p. 892, l. 6, εἶδες ἂν ὅτι, καὶ στερεὸς ὢν, εἰς τὴν τοῦ θήλεος εἰκασίαν ἐμαλάττετο. P. 893, v. 20, εἶδες ἂν τὸν χαλκὸν θρυπτόμενον. Vid. praeterea p. 896, v. 19; p. 904, v. ult. et p. 890, v. 16, οἶδες ἂν ὑπανισταμένας καὶ φλέβας. Corrige εἶδες ἄν, ſecundum plures Pariſiorum codices. LIBANIUS, IV, p. 1047, τὸν δὲ κακὸν εἶδες ἂν κατὰ τοῦ νώτου τοῦτο παθόντα. Editio MORELLI offert in margine εἶδεν ἄν τις. ARISTAENETUS II, 10, καὶ εἶπεν ἂν ὡς ἐπ' ἄκρων τῶν χειλῶν προκύπτει τις λόγος. HUETIUS, in notis ad Ariſtaenetum manuſcriptis, quas adſervat bibliotheca pariſienſis, mavult legere καὶ εἶπεν ἄν τις; codex vero Viennenſis habet εἴποις ἂν, quae lectio iam MERCIERO in mentem venerat. Vid. quoque WAGNERUS *in Alciphronem*, vol. II, p. 42.

Τῶν Χαρίτων πασῶν ἡ Λαῒς τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο] Codex Viennenſis πάντως pro πασῶν. POLYZOIS coniecturam PAVII ſecutus eſt.

Οὐδ' ἂν ὁ Μῶμος ἐν ἐλαχίστῳ μωμήσαιτο] MERCIERUS recepit μωμήσαιτο pro μιμήσαιτο, quod codice confirmatur.

Ἀλλὰ πόθεν ἆρά με τοιαύτης ἠξίωσεν Ἀφροδίτη] Ita codex et omnes editiones. Attamen ſcribendum eſt πόθεν ἄρα. Vid. HERMANNUS, *adnot. ad Viger.*, p. 789. ARISTAENETUS, I, 10, v. 53, διαπορούσα, τίς ἄρα (codex falſo ἆρα) τοῦτο . . . ἀπέβαλε τοῦ προκολπίου, et v. 101, ἐπύθετο, τίς ἄρα θεῶν τὸν γάμον ἐμποδίζει. I, 12, τίς ἄρα τεθέαται

τῆς ἔω τὰ κάλλη; II, 10, ὠτακουστῶν, τί ποτε ἄρα βούλεται ψιθυρίζειν. Xenophon Ephesius, p. 58, πεῦ δὲ ἄρα καὶ πέφευγε; p. 67, τίς με ἄρα ὑποδέξεται γῆ; Euripides, *Hippol.*, v. 824, τίς ἄρα σὰν τάλαιναν ἀμαυροῖ ζωάν: Brunckius de hoc loco in nota: »Τίς ἄρα. *Sic bene membranae. Vulgo* »ἆρα, *profligato metro.*«

Sub finem epistolae Polyzois dat σὺν θαύματι pro σὺν θαύμασι, et εἴθε, φασὶν, εἰ ταύτην pro ἢ ταύτην. In proxima hac lectione fortasse typographus solus peccavit; prior vulgato melior videtur textu. Θαύματα (numerus pluralis) propria est vox pro latina, *praestigiae circulatorum.* Vid. Ruhnkenius, *in Timaeum*, p. 140, et Toupius *ad Hesych.*, vol. IV, p. 510.

Ex hac recensione facile videbis, Amice doctissime, multum abesse, ut Polyzois omnes codicis Viennensis varias norit lectiones, earumque iusta lance ponderet pretium. Verba editionis suae composuit correctionibus antecessorum ductus, dum eligebat eas, quae maxime placebant, atque cum delectum notis criticis haud probaverit, saepius est difficile, rationes, quibus movebatur, eruere.

Fortasse videre cupis nonnulla loca, ubi Polyzois proprias secutus sit coniecturas. Praesto haec sint exempla:

L. I, 2. Μόλις, ἔφησαν, κατέβημεν καιρὸν εὔκαιρον εὑροῦσαι, λαβοῦσαι, καὶ παρίστασαι διαπαίζων ἡμᾶς] Polyzois εὑροῦσαι λαβεῖν σε. Codicis lectio omnino praeferenda est. Vid. *specimen* meum *edit. Aristaen.*, p. 28. Lysias *in Eratosth.* (*Orat. Gr.*

vol. V, p. 394, *ed. Reiskii*), ἥκων δὲ ἔλεγεν, ὅτι Ἐρατοσθένης αὐτὸν ἐν τῇ ὁδῷ λαβὼν, εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπαγάγοι. AUGERIUS, abbas, de hoc loco notat, eſſe codicem S. Germani, qui exhibeat ἐν τῇ ὁδῷ εὑρὼν, λαβὼν κ. τ. λ.; quam equidem lectionem vulgatae anteponendam puto. In eadem epiſtola recepit POLYZOIS correctionem MERCIERI, ὄμνυ ὡς ἡμῶν οὐδετέραν ποθεῖς. Ὄμνυ forma eſt Atticis valde conſueta., PHRYNICHUS, Προπαρ. Σοφιστ. Cod.: Ἐπιδείκνυ· τὸ προστακτικὸν, ἀττικώτερον τοῦ ἐπιδείκνυε· τὸ θέμα αὐτοῦ δείκνυμι· ὥσπερ καὶ ὄλλυμι, ὄλλυ καὶ τὰ ὅμοια. τὸ δ᾽ ἐπιδείκνυε, ἀπὸ τοῦ δεικνύω. Sed vox ὄμνυ a codice abeſt. Hicce non habet ὅμοι (105), quemadmodum legit SAMBUCUS, ſed ὄμοιον, quo in ὄμοσον ducimur. LONGUS, l. II, p. 63. *ed. Villoiſonii*, σὺ δέ μοι τὸ αἰπόλιον τοῦτο ἐμο-

---

(105) Scriptura contracta ſyllabae ο̅ν, quae tractus eſt duplo longior quam gravis accentus, multis erroribus, vel ſaepiſſime negligendae ſyllabae iſti anſam dedit. PHRYNICHUS, Προπαρ. Σοφ. Ms., Ἀῤῥωστία· σημαίνει μὲν πολλαχοῦ, ΤΙΝΟ'Σ, ἀλλὰ καὶ διαφέρει, ὅτι ἡ μὲν νόσος ἐστὶ καὶ μακρὰ καὶ ὀλιγοχρόνιος, ἡ δὲ ἀῤῥωστία τὴν μακροχρονίαν δηλοῖ. Οἱ μέντοι Ἀττικοὶ τὴν ἀῤῥωστίαν ἐπὶ τοῦ μὴ προθυμεῖσθαι, μηδὲ ὁρμᾷν πρᾶξαι τιθέασιν. τὸ γὰρ ἀντικείμενον τῇ τοιαύτῃ ἀῤῥωστίᾳ Κρατῖνος εἶπεν ἐῤῥῶσθαι, οἷον προθυμεῖσθαι. Apparet, pro ΤΙΝΟ'Σ reſtituendum eſſe ΤΗ'Ν ΝΟ'ΣΟΝ. Idem auctor, Ἀράμαιον (leg. ἀράμενον) φέρειν· ἀττικὴ ἡ σύνταξις δὲ εἰπεῖν ἄραντα. Legendum eſt, ἀττικὴ ἡ σύνταξις, δέον εἰπεῖν ἄραντα. Libanius, vol. III, p. 33, Ἄνυτος, εἴ τις Ἀθηναίων φρονιμώτερος ἀναφανείη, ἀγανακτεῖ (add. καὶ) παραδοῦναι κελεύει τοῖς ἕνδεκα δὲ σωτῆρα τῶν νέων νομίζειν. REISKIUS nihil dicit de hoc loco, MORELLIUS coniecit ὃν δεῖ σωτ. Corrige, ἕνδεκα, δέον σωτῆρα. De confuſione inter δὲ et δέον vid. VALCKENAERIUS *in Phoeniſſas*, p. 549. In alio loco PHRYNICHI librarius addidit inepte ſyllabam ο̅ν, Τεμηχαμενον (leg. τεμάχη μὲν) ἐπὶ ἰχθύων, τόμους δὲ ἐπὶ κρεῶν καὶ σχελίδας. Comparari poteſt cum hoc loco PHRYNICHUS, *eclog. att.*, p. 8. Librarium autem codicis celebris S. Germani, N°. 345, importune nunc addere nunc praeterire ſyllabam ο̅ν, APOLLONII *lexico*, p. 44, confirmatur, ubi

σον κ. τ. λ. Chariton, l. III, 2, p. 58, ὄμοσόν μοι, φησὶν, τὴν θάλασσαν. Lucianus, vol. II, p. 556, ὄμοσον, ἔφη, ἦ μὴν φυλάξαι τὰς συνθήκας.

L. I, 4. Ἰτέον οὖν ἐστιν, ὦ Φιλόχορε, ὅτι οὐδὲν ἡμᾶς βλάψει· ἀλλ' ἐλπίδες καλαί· πλὴν αὐτὸ δείξει, ὁ τὸν ποταμὸν καθηγούμενος ἔφη] Mercierus iam notavit, ultima verba petita eſſe e Platonis *Theaeteto* (vol. II, p. 174, *ed. Bipont.*). Polyzois hoc proverbium haud intellexiſſe videtur. Textus eius offert πλὴν αὐτὸ δείξει, ὁ τῶν ἰταμῶν καθηγούμενος ἔφη.

L. I, 19. Καὶ ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων ἐρωμένην ἠγάγετο γαμετήν] Polyzois mutat ἀρότῳ in ἔρωτι. Fugit eum igitur formula, quae ad uſitatiſſimas pertinet et quam explicare inutile foret, poſt doctam obſervationem Hemsterhusii, *in Lucianum*, vol. I, p. 127. Laudo tantummodo locum Menandri, (*fragm.*, p. 268), ubi eadem formula paullulum variata occurrit,

. . . . . . παίδων σπόρῳ τῶν γνησίων
Δίδωμί σοι γε τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα.

L. I, 27. Φρονῶν ἐπὶ τῇ ὥρᾳ θαυμάσιον ὅσον, καὶ πολλῷ τῷ ὀφθαλμῷ βλέπει, καὶ φρονήματος ἐμπέπληκε τὴν ὀφρῦν] Textus, quem dedit Polyzois, hic eſt: καὶ Ἀπόλλωνα τῷ ὀφθαλμῷ ἑαυτὸν βλέπων, φρονήματος κ. τ. λ. Lectio πολλῷ τ. ὀ. βλέπει,

---

legimus ἀδεῖνον, ἀρέσαι (ita codex), cui Villoisonius ſubſtituit ἀδεῖν, ἀρέσαι, quo nihil melius. Contra vero legitur p. 456, τὸ λείψαν pro τὸ λείψανον, et p. 692. pro καὶ τὸ πύον δὲ λέγομεν, αἷμά ἐστιν corrigendum eſſe puto κ. τὸ π. δὲ λεγόμενον αἷμα κ. τ. λ.

quam pro πολλῶν τ. ὀ. βλέπειν admiſi, eſt ex emendatione Abreschii, et probat eam Polyaenus, II, 1, 14, atque Heliodorus, VI, p. 229, ubi legitur ἐπὶ τὴν Ἰσιάδα σπευστέον, ἥ που με νῦν πολλοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς περισκοπεῖ. Coraius coniicit ὅλοις τοῖς ὀφθαλμοῖς, ſed absque utilitate, ut mihi videtur. Phraſin eiusdem generis obviam videmus in Philostrato, *Icon.*, II, 26, p. 851, ἀλλὰ καὶ βλέπει παντὶ τῷ βλέμματι. Ita legendum eſt codicibus ſuadentibus, non πάντη, uti textus Olearii fert. Conf. Heynius, *opuſc. acad.*, to. V, p. 147. Non provoco ad eundem auctorem in *vita Apollonii*, IV, 43, p. 185, περιήθρει πᾶσιν ὀφθαλμοῖς, ὁπόσοις ἡ ἀρχὴ βλέπει, nec magis ad Libanium, vol. I, p. 252, ἢ οὐ πλουσίου καὶ μακαρίου πολλοῖς μὲν ὀφθαλμοῖς ὁρᾷν. Neuter enim locus noſtro convenit, cum ibi vox ὀφθαλμὸς ſenſu e linguis orientalibus petito indita ſit. Vid. Morellus, l. c., et Olearius *ad Philoſtr.*, p. 26.

L. II, 1. Πυρὸς ἄρχει, τόξα δίκει] Verbo δίκειν Polyzois offenſus videtur, nam exhibet τόξα διήκει.

L. II, 5. Καθάπερ αἴγλη τις ἡλίου πάλλεται συχνὰ περὶ τοῖχον ἐξ ὕδατος ἀνταυγοῦσα κατὰ σκαφίδος ἢ λέβητος κεχυμένου] Polyzois in locum ultimae vocis recepit ἐγκειμένου. Lectio vulgata multo melior eſt; praeterea corroboratur ab Apollonio Rhodio, III, 755 ſq., quem auctor transſcripſit. Vid. Ruhnkenius, *epiſt. crit.*, p. 219.

Sed antequam omnino finiam textus, quem dedit Polyzois, explorationem, permittas mihi, quae-

ſo, ut paucula adhuc addam de libri primi epiſtola viceſima ſeptima, quae eſt inter eas, quas in editionis meae *ſpecimen* elegi.

Ὡς εὐπάρυφον] Laudavi Lucianum, vol. III, p. 280. Addas Alciphronem, III, epiſtol. 42, quae inſcripta eſt Ῥαγηστράγγισος Σταφυλοδαίμονι, vel ſecundum quosdam codices Στεμφυλοδαίμονι. De priore nomine animadverto, coniecturas ῥαγησιτρώκτης, ῥαγησιτραγήσιος et ῥαγησιτράγισος (vid. Wagnerus, p. 131) nihil valere. Lectio vulgata omnino non eſt corrupta. Ῥαγηστράγγισος, ſive Ῥαγοστράγγισος, quod in pluribus codicibus legitur, ſignificat hominem, ὃς στραγγίζει ῥάγας, qui acinos preſſat (torcularius). Hesychius: Στραγγίζει, πιέζει. Vid. Schneiderus, *gloſſ.* v. στράγγω.

In phraſi, καὶ πολλὰ τὸν ἐμὸν στενωπὸν διέρχεται μάτην· ᾄδει δὲ ἄλλως, καὶ τοῖς ἐμοῖς ὠσὶν ἀπιθάνως, malebam reiicere, duce Ruhnkenio (*ad Tim.*, p. 199), vocem μάτην, tamquam τοῦ ἄλλως gloſſam. Idem hodie ſentio ac doctus ille, qui retulit de *Specimine* meo in diario, quod inſcriptum eſt: Ephemerides litterariae univerſales (Allgemeine Litteraturzeitung) Jenae, 1797, Febr., N°. 47. Qui cenſor vocem μάτην abſolute ponit, et phraſin ita diſtinguit: καὶ πολλὰ τὸν ἐμὸν στενωπὸν διέρχεται· μάτην· ᾄδει δὲ κ. τ. λ. Scriptores latini eandem loquendi formulam adhibent. Horatius, *od.* III, 7, 21:

Et peccare docentes
Fallax hiſtorias movet:

FRUSTRA; *nam ſcopulis ſurdior Icari*
Voces audit adhuc integer.

Vid. quoque III, 13, 6, et LUCRETIUS, IV, 1104,

. . . . . *inſpirant preſſantes dentibus ora:*
NEQUICQUAM: *quoniam nihil inde abradere poſſunt,*
Nec penetrare, et abire in corpus corpore toto.

Data a proverbio *ἀμουσότερα Λειβηθρίων* occaſione, reſtitui verba *Λειβήθριοι γὰρ ἔθνος Πιερικὸν* in DIOGENIANO, II, 26, et ZENOBIO, I, 79. HUETIUS, in notis ad Ariſtaenetum manuſcriptis, mutare vult nomen *Περσικὸν* ZENOBII in »*Θρᾴκιον*, *vel potius Περκικόν. Olim enim Thracia Πέρκη vocabatur* (STEPHAN. *in Θρᾴκη*), *Libethrii autem in Thraciâ.*« Mea vero correctio codice pariſienſi, N°. 1773, confirmatur: *Ἀμουσότερος Λειβηθρίων. ἐπὶ τῶν ἀμούσων καὶ ἀπαιδεύτων. Λειβήθριοι γὰρ ἔθνος Πιερικὸν ἀμουσότατον, ἐν ᾧ καὶ τοῦ Ὀρφέως φασὶ γενέσθαι τὸν θάνατον.* LIBANIUS, vol. III, p. 66. *Λιβέθριοι* (ſcrib. *Λειβήθριοι*), *μετὰ τὸν Ὀρφέως φόνον, δι' ἀμουσίας ἔδοσαν δίκην.* Vid. WERNSDORFIUS *ad Himer.* p. 590 ſq. Codex S. Germani, N°. 177, haec offert: *Ἄμουσα, ἀτερπῆ· καὶ ἀμουσότερος Λειβηθρίων. Λειβηθρίοις γὰρ οὐδέποτε μέλους ἐμέλησε, τὸν Ὀρφέως φοβηθεῖσι θάνατον.*

Οὐδὲ ἐρυθριᾷ περιττῶς ἐκπεριτρέχων διαύλους] Interpretatus ſum proximam hanc vocem tanquam ſynonymum verbi *στενωπὸς*, non bene. *Δίαυλος* ubivis ſignificat curſum ipſum, actionem eundi ac redeundi. LIBANIUS, IV, p. 170, *πολλοὺς διαύλους κατ' ἐμοῦ τοῦ κακοδαίμονος τρέχων.* S. JOANNES CHRYSOSTOMUS, *homil.*, to. XI, p. 192. C. *ὁ τρέ-*

χων, ἐὰν δέκα διαύλους (106) δραμὼν (*decem circuitionibus iam factis*), τὸν ὕστερον ἀφῇ, τὸ πᾶν ἀπώλεσε. Achilles Tatius, l. I, p. 59 ſq. ἐβάδιζον ἐξεπίτηδες ἔξω τῆς οἰκίας . . . καί τινας ἐμπεριπατήσας διαύλους κ. τ. λ. Quod attinet ad verbum ἐκπεριτρέχειν, Abreschius bene cepit eius ſenſum. Huiusmodi compoſita ſaepe permutata ſunt cum compoſitis praepoſitionum ἐν et περί. Unum modo adferam exemplum. Lucianus, vol. II, p. 408, στοὰς δὲ . . . καὶ τἄλλα, ὅσα τέρπειν ἡμᾶς ἐδύνατο, πρῶτον ἐμπεριελθόντες. Ita editiones; codices vero Vaticani ἐκπεριελθόντες, me iudice melius.

---

(106) Linguae graecae ad eandem ideam exprimendam ſingularis eſt vox, nempe διαυλοδρόμος, διαυλοδρομέω. Verbi huius ſingularem ſignificationem aperit locus Artemidori (IV, 24, p. 214): Ὅρα δὲ καὶ τὰ τούτων ἔτι γελοιότερα. Σκέπαρνον τὸ κώδιον ἔφη τίς· ἐπεὶ σκέπει τὸν ἄρνα. οὕτω γὰρ καὶ διαυλοδρόμος ὁ ἀλεκτρυὼν γίνεται. διὰ γὰρ τῆς αὐλῆς τρέχει. καὶ ἄλλα δὲ ἄν τις εἴπῃ ὅμοια ἢ γελοιότερα. Haec eſſe luſus verborum non minus ineptos, quam qui lingua francogallica componuntur, quis non videat? Gallus διαυλοδρόμος in memoriam mihi revocat iocum illepidum hiſtrionum quorumdam pariſienſium in theatris minoris ordinis, qui de fele loquentes, eam nominant *courtois (cour-toît)*. De voce σκέπαρνον conferri poſſunt, quae dicit commentator quidam Dionysii Thracis, quem citat Villoisonius in Anecdotis graecis, vol. II, p. 172, nota 2: Τῶν πολιτευομένων λέξεων ἐπιστήμων ἔσται ὁ Γραμματικὸς, οὐ μὴν τῶν καθάπαξ, καὶ κατὰ μίαν χρῆσιν εἰρημένων· ὡς παρά τισι λέγεται σκέπαρνον τὸ ὄρνεον, διὰ τὸ σκέπειν τὸν ἄρνα καὶ ποτήριον, τὸ ἐξ ἐρίων ἔνδυμα, ὅτι ποτὲ ἔριον ἦν. Dicere neſcio, an hic locus in codice Vaticani, N°. 14, de quo locutus ſum p. 67. huius epiſtolae, idem legatur; ut vero ſenſus aliquis eum ſubeat, pro ὄρνεον legendum eſſe ἔριον exiſtimo. Scholiastes *Luciani* (vol. II, p. 634) σκέπαρνον, ὁ πέλεκυς, καὶ τὸ ἔριον, παρὰ τὸ σκέπτειν (lege σκέπειν, duce Goensio *obſſ. miſc.* p. 14 ſq.) τὸν ἄρνα. De verborum luſibus Graecorum alius adhuc locus e codice pariſienſi N°. 2562 petitus hic eſt: Δριμεῖα λέξις λέγεται, ἥτις εἰς μὲν τὴν κοινὴν χρῆσιν ἄλλο σημαίνει, ἄλλο δὲ ὑποκεκρυμμένως δηλοῖ· οἷον λοιγὸς. προφανῶς μὲν λέγεται ὁ ὄλεθρος, κεκρυμμένως δὲ καὶ ὁ λάκκος, ἀπὸ τοῦ λίαν οἴγεσθαι· μυστήριον, ὁ κεκρυμμένος λόγος, ἀλλὰ καὶ ὁ τοῖχος, ὡς τοὺς μύας καὶ τοὺς ποντικοὺς τηρῶν.

Vid. *ibid.*, p. 405, ἐκπεριϊὼν δὲ τὰς ἐν τῷ Διονυσίῳ στοάς.

Τούτων προκαλινδουμένη τῶν ποδῶν] De loco Platonis, in *Phileb.* (vol. IV, p. 227), προσδοκᾷν οὐδὲν δεῖ τὸν ἐμὲ, loquens non debebam reprehendere Fischerum, quod lectionem iſtam, cui Schuetzius, in programmate academico (*Jenae* 1790), ſubſtituere voluit τὸ κατ' ἐμέ, defendit. In Platonis *Phaedro*, §. 87, legitur, τὸν ἑαυτὸν δὴ λέγων. Heindorfius p. 289: »Haec τὸν ἑαυτὸν nollem ten»tata a Stephano. Plat. *Soph.* (vol. II, p. 245) »τὸν μὲν τοίνυν ἐμέ γε ἔτι τί τις ἂν λέγοι; Lucia»nus, *Hermot.* §. 15.« Adde *Phileb.* p. 506, τὸν μὲν δὴ σὲ καὶ ἐμὲ καὶ Γοργίαν καὶ Φίληβον χρὴ συχνὰ χαίρειν ἐᾷν, inprimis Apollonium Dyscolum *de ſyntaxi* I, 28, p. 65, μηδὲ ἐκεῖνό γε παραλελείφθω, ὡς ἐξαιρέτως ἡ ἀττικὴ χρῆσις οὐ δεόντως ἐπὶ μόνης αἰτιατικῆς τὸ ἄρθρον παρελάμβανεν, ὡς ἐν τῷ τον ἐμὲ, τὸν σέ. In opere inſpto περὶ ἀντωνυμίας ſermo eſt de eodem articuli uſu, non vero opus eſt locum iſtum transſcribere, cum verbotenus a Scholiaste quodam *Dionyſii Thracis*, a Valckenaerio *ad Ammon.* p. 201. in medium prolato, deſcriptus ſit.

Ἱκετεύῃς ἐμὲ σοῦ τὸ ἀκέσασθαι πάθος] Codex σοῦτον ἀκ. π. Omnino mihi perſuaſum eſt, legi debere τὸ σὸν ἀκ. π. Socrates, *hiſt. eccl.* IV, 23, p. 237, οὐ πρέπον, ἔφη, ἀσκοῦντί σοι σωφροσύνην, ὁρᾷν ἐν τοσούτῳ οἰκήματι θήλειαν. Contra graecam linguam translatum eſt, *in* tam arcto, *in* tantillo

domicilio. Henricus Valesius corrigit ἐν τῷ σῷ οἰκήματι, quo melius nihil eſſe poteſt.

Inter quatuor epiſtolas manuſcripti Aristaeneti, quod editor in Graecia conſuluit, una eſt, quae deficit in codice Viennenſi, itaque in omnibus editionibus. De hac epiſtola Polyzois in praefatione (p. XIII): Ἡ δὲ, inquit, τελευταία, ἥτις καὶ ἐπὶ τέλους τῶν ἄλλων ἐτάχθη, ἅτε δὴ τὰς ἄλλας ἐκδόσεις ἀπολιμπάνουσα, νόθος θυγάτηρ ἂν τοῦ Ἀρισταινέτου νομίζοιτο. αὕτη δὲ τὸν τρόπον, καὶ τὴν φράσιν ἀδελφὰ ταῖς ἄλλαις ἔχειν δοκοῦσα, τὸ πρὸς πατρὸς ἑαυτῇ γνήσιον προσποιεῖζεται· ἀλλ᾽ οὐκ ἦν μοι ἀπὸ διεφθορότος δέρματος ὁλόκληρον αὐτὴν ἀντιγράψαι· τῷ χρόνῳ γὰρ τοῦ μέλανος τῶν γραμμάτων εἰς ὕπωχρον μεταβληθέντος, διά τινων γοῦν συλλαβῶν τὰς λέξεις ταύτης εἰς τὸν κατ᾽ ἔννοιαν αὐτοτελῆ λόγον συνηρμοσάμην·

Polyzois dum Pariſiis commorabatur, ineditae huius epiſtolae apographum mecum communicavit, in quo nihil, inveni quo moveri poſſimus, ut epiſtolam iſtam non eiusdem auctoris habeamus, cuius ſunt ceterae, quae ſub nomine Aristaeneti exſtant. Pro certo tamen genuinam eſſe non adfirmaverim. Praeter exſpectationem autem reperi, editionem legendo percurrens, magnam differentiam inter textum excuſum ipſum et apographum illud. Cum hoc correctius putem, ſi tamen epiſtola vera eſt, reddam Tibi quale accepi.

Ἀρισταινέτου ἐπιστολὴ εὑρεθεῖσα ἐν τοῖς χειρογράφοις τοῦ Ἀλεξίου Σπανοῦ, κατὰ τὴν νῆσον Ἰωαννίνων Ἀχερουσίαν καλουμένην (107).

ΘΕΟΚΛΗ͂Σ ΜΕΊΡΟΝΙ (108).

Ὡς σου τὸ εὔτολμον Μείρων ἐξείπω, τίσι δὲ λόγοις τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλίαν (109) οὕτω παρὰ σοῦ καπηλευθεῖσαν θρηνήσομαι; σὺ μὲν γὰρ, καὶ τὴν καλὴν Χορίνην ἔχεις λαβὼν, καὐτόν σε τῆς ἐμῆς ὀργῆς, καὶ τοῦ (110) τῆς κόρης πατρὸς προφανῶς ὑβρισθέντος, διέσωσας, ἁλιέων τινὶ σκαφιδίῳ νυκτὶ διαπλεύσας (111), τὴν μὲν ἔρωτι δελεάσας, τοὺς δὲ φιλίας ἐξαπατήσας προσχήματι· ἐγὼ δὲ καὶ σὲ τὸν ἐμὸν φίλον ἀπώλεσα, καὶ τῆς ἐρωμένης παιδίσκης καθυστεροῦμαι. Τί δ' ἂν οἱ ἁλιεῖς ἐκεῖνοι μετὰ νεάνιδος

---

(107) Polyzois suae editioni addidit titulum sequentem: Ἐραστὴς ὑπὸ φίλου τῆς ἐρωμένης ἐπιβούλως αὐτῷ ἁρπαγείσης γέγραφε ταῦτα.

(108) Verisimiliter hoc nomen corruptum est, et in Μύρων transformandum. Idem celeberrimus Villoisonius opinatur, simul me docens, nullum umquam Graecum vocatum fuisse Μείρων, e contrario vero plures notos esse nomine Μύρων insignitos, v. c. celeberrimum illum sculptorem et al. Octava Theophyl. Simocattae epistola inscripta est, Δάφνων Μύρωνι. Arnaldus hocce nomen mutare vult in Μύρτωνι (*Observ. miscell.*, vol. IV, t. III, p. 450). Quae vero coniectura nihil prorsus commodi praestat; sed duce codice Vaticani, N°. 997, legendum est Δάφνωνι Μύρων, quemadmodum quoque litterae ipsae docent.

(109) Polyzois in textu dedit, τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμᾶς ἑταιρίαν.

(110) Polyzois addit vocem φιλόπαιδος.

(111) Polyzois, διεκπλεῦσας.

κόρης, ξένον ὄντα [112], τῆς πόλεως διὰ νυκτὸς [113] ἐξιόντα, παρ' αὐτοῖς σε δεξάμενοι διενοοῦντο; ἧπου καὶ σὲ ἁλιέα δοκοῦντες, ἀντὶ ἰχθύων [114] ἐκ τῆς χέρσου παρθένους ζωγροῦντα· ὡς Ἀφροδίτη, καὶ Ποσειδῶν ταλαντεύονται· ἀλλ' ἐμαυτὸν αἰτιῶμαι τῷ πατρὶ τῆς εὐμόρφου κόρης, οἷά γε [115] φίλον ἐμόν σε, γνωρίσαντα. ἐφ' οἷς ἄρα ξενίας καὶ συμποσίου, οἷα εἰκὸς, παρ' αὐτῷ μετασχόντα, ταῦτα μὲ, καὶ τὸν φιλόξενον Διοκλέοντα σὲ προελόμενον ἀνταμείψασθαι. Οὐκ ἔλαθε δέ με καὶ τὰ παρὰ τὸ συμπόσιον πρὸς τὴν μητέρα ἐρωτικὰ ῥήματα, οἷς οὐ διέλειπες ἐπ' ἀρετῇ τε καὶ κάλλει ταύτην ἐπιεικῶς ἐκθειάζων (οὐ πρὸ πολλοῦ ἑταῖραν οὖσαν, ὡς οἶσθα)· ἥτις τὴν χεῖρα τῆς θυγατρὸς, καί τοι ἐρυθριώσης [116], λίαν ἐπιτηδείως ἁρμοσαμένη τῇ σῇ, δίς σοι πρὸς τὸ οὖς ἐψιθύριζεν [117].

Huic fragmento Polyzois subiunxit epistolam Alciphronis, quam Abreschius in lucem protulit in *Addendis Lectionum Aristaenetearum*, p. 115, et Wagnerus editioni suae inseruit, vol. II, p. 222. Fragmentum hocce in pluribus Parisiorum codici-

---

(112) Idem, *ξένον ὄντα καὶ τῆς πόλεως.*

(113) Polyzois haec adiecit: *οἷά τινα Τερπικέραυνον μετ' Εὐρώπης.* Potuitne umquam fieri, ut Aristaenetus tali comparatione uteretur?

(114) Polyzois, *ἁλιέα τινὰ δοκοῦντες, καὶ ἀντ' ἰχθύων.*

(115) Idem, *ἅτε γε.*

(116) Idem addit, *οἷα παρθένου καὶ σώφρονος.*

(117) Polyzois sic pergit in editione: *Ὁ δὲ πατὴρ ἐπιβὰς νεὼς ἐπανήχθη ζητήσων τὴν ἑαυτοῦ παῖδα καὶ σέ· ὡς τὴν μὲν οἴκοι καὶ μὴ θέλουσαν ἀποκομίσοιτο, σὲ δὲ . . . . Ἀλλ' εἴ σοι φίλον, ὅποι ἂν τάδε γνοίης, τὴν κόρην ἐάσας τὸν κίνδυνον φυγῇ ἀποδίδρασκε...*

bus inveni, quos ſequens textum, quem exhibuit POLYZOIS, corrigere ſtudebo.

Ὦ πόσον ἡμῖν ἐπιτετείχισται χρῆμα] Scribendum eſt ὢ πόσον κ. τ. λ. LIBANIUS vol. IV, p. 121, ὢ πόσων οἴκων εὐδαιμονίας διέλυσεν, ὢ πόσαι διὰ ταύτης μετέβαλον εὐτυχεῖς παστάδες εἰς θρῆνον! Conf. quae dicta ſunt p. 254. huius epiſtolae. Non ſatis video, qualem hunc locum JACOBSIUS (*Muſ. Attic.* vol. III, P. 2, p. 177) legerit, cum ſic verteret: *O ſo iſt euch eine groſse Sache verborgen geblieben! (Hem! tanta vos fugit res!)* Vid. de verbo ἐπιτειχίζεσθαι HEMSTERHUSIUS *ad Lucian.*, vol. I, p. 63.

Κλείσατε τὰ ἐργαστήρια αὐτῶν] Legendum eſt ſecundum codices αὑτῶν.

Μία νῦν ἐστιν ἡ τὴν Ἑλλάδα ὅλην διασοβοῦσα γυνή· μία Λαῒς ἐν τοῖς κουρίοις] Duce codice diſtinguendum eſt, γυνή, μία· Λαῒς ἐν τοῖς κουρείοις.

Κἂν τῇ βουλῇ] Κἂν coniecit POLYZOIS. Reſtitue ἐν τῇ βουλῇ.

Οὕτω γλῶσσα γίνεται καὶ τοῖς λαλεῖν μὴ δυναμένοις Λαῒς] Reiice proximam vocem, quae abeſt a codicibus.

Ἀλλ' οἵας λέγομεν ἡμεῖς τὰς ἰσχνὰς ἐγχύλους] WAGNERUS coniecit ἰσχνὰς ἐγχέλεις, ABRESCHIUS ἰσχνῶς ἐγχύλους, *graciliter ſucculentas.* Ultima correctione perfectiſſime auctoris ſenſus exprimitur; ſed ſuadentibus codicibus reſtituendum eſt una voce ἰσχνεγχύλους.

Ἀφαρ-

Ἀφαρμάκευστα] Lege ἀφαρμάκευτα, ſecundum codices et Wagneri correctionem.

Haec ſingula, Amice doctiſſime, ſufficere iam credo ad certum Tibi informandum de opuſculo hoc iudicium, et ad Tibi perſuadendum, me non oportere conſilium, quod inii, editionem Aristaeneti iam dudum praeparatam publicandi, omnino abiicere. Cuius non cauſa quidem eſt, quod auctor hic prae aliis denuo typis imprimi mereatur. Bene ſcis, haud maximi me aeſtumare epiſtolographos Graecorum, ſi res, quas tractant, ſpectes. Tam leves ſunt, ut nemo unam hodie auctorum illorum perlegeret paginam, niſi graece ſcripſiſſent; et multum abeſt, ut Aristaenetus excipiatur. Non Te fugiunt, quae ſemper de hoc cogitavi.

Pauperis ingenii loculos replet ex alienis
  Ingeniis auctor ſimplicitate bonus.
Sedulus adiungit tritis proverbia trita:
  Carpit, compilat, congerit, accumulat.

(Au peu d'eſprit que le bon homme avoit,
L'eſprit d'autrui par ſupplément ſervoit.
Il entaſſoit adage ſur adage,
Il compiloit, compiloit, compiloit.)

Neque auctor eſt, qui commendet editionem meam. In blanda ſum ſpe, fore, ut hoc pertineat ad commentarium, quem adiungam, et in quo invenietur ſatis magna et novarum et parum cognitarum obſervationum copia de univerſa lingua graeca ac de multis locis veterum auctorum, quos attento perlegi animo et quos corrigendi

copia rerum, cuius haec ipſa epiſtola notionem informare poteſt, facultatem mihi tribuet, optimis, qui nobis ab interitu ſervati ſunt, codicibus uſuro.

Perſuadeas Tibi, Vir Honoratiſſime, velim, me ſummo Te proſequi venerationis cultu ſinceroque animi ſtudio.

Dabam Pariſiis d. III. ante Cal. April.
M. DCCC. VIII.

POSTSCRIPTUM.

Epiſtola critica cum non ſcribatur, ut uno tenore integra perlegatur, ſed potius, ut conſulatur, lectores ſine dubio in bonam partem accipient, me ſubiunxiſſe indicem auctorum, quos correxi vel explicavi, indicemque rerum verborumque graecorum. Uterque accuratiſſime conſtructus eſt.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 14, v. ult. Pro Djehangiry leg. Diehanghiry.

— 23, v. 22. Sic dicitur τρυφερὸς, τρυφερώδης, unde adverbium τρυφερωδῶς, quo lexica carent. Legitur id e. c. in Photii Lex. v. νοσχηερῶς, τρυφερωδῶς, μαλακῶς, νοσωδῶς. Alberti *ad Hefych.* II. p. 688. fine caufa corrigit τρυφερῶς.

— 24, (12) v. 5. Cod. Parif. 2423. pro corrupto ἀπόχρωτοι clare legit ἀποχρῶντες, quod verum videtur.

— 26, v. 26. Add. Dionysius Periegetes, v. 240, 502 et 921.

— 33. Iam noto, tabulam, quae (in editione huius epiftolae Gallica) exhibet fpecimen quoddam, ut reddatur de fcriptura codicis notio, fictam effe duce fyftemate *lithographico* clariffimi Andre, qui Parifiis nunc commoratur. Quem ego modum in Germania nuper inventumo mnibus iis commendo, qui reddere ftudent veterum codicum fcripturas. Propius paulo accedit is ad litteras fcriptas, quam ars aeri incidendi, fimulque vilioris pretii eft.

— 36. De formula οὕτω καλεῖσθαι v. inprimis Schaeferi *melet. crit.* P. I. p. 14. et 82. fingularis liber pretii et dignus, qui omnibus philologis commendetur.

— 37. (14) De formula ἀκούειν μὲν οὕτως add. Schaefer. l. c. p. 80.

— 40. in. Addatur canon Grammatici anonymi in Cod. Parif. 2662: Πρόσθωμαι καὶ σύνθωμαι καὶ κα-

τάθωμαι γράψεις· μετὰ τῆς ἐπι δὲ, ἐπιθῶμαι. ὡσαύτως καὶ προθῶμαι.

Pag. 44, v. 18. Schaeferus (*ad Dionyſ. Hal.* περὶ συνθ. ὀνομ. p. 215.) plura exempla perfecti ὕφαγκα collegit. Apollonius Dyscolus Ms. περὶ ἐπιῤῥημάτων· „μένει τὸ ῡ ἐπὶ τοῦ χανδὸν καὶ ἀναφανδὸν (quae deſcendunt a χαίνω et ἀναφαίνω), καθὸ καὶ ἐν παρακειμένῳ τῷ πέφαγκα καὶ κέχαγκα."

— 56. Exempla commutationis adverbiorum ἔνθα et ἔνθεν paſſim in Etymologico M. reperiuntur. Sylburgius ad p. 29, 29: „Ἐντεῦθεν pro ἐνταῦθα poſitum, ut alibi ἔνθεν, et contra ἔνθα pro ἔνθεν [v. c. p. 44, 9.], neſcio auctorisne voluntate, an exſcriptorum iniuria." Non dubito, id factum eſſe errore librariorum, qui poſteriores ſyllabas male explerent. In libris enim manu ſcriptis compendium ἔν with θ above significat et ἔνθα et ἔνθεν, atque ἐνταῦ with θ above et ἐντεῦ with θ above facile confunduntur.

— 57, v. 15. Add. Eustathius *ad Odyſſ.* Λ, p. 1692. ἐπάνω ἐμοῦ, ὡς οἷα ἐπί τινος ἐπιξήνου. [Hermannus in Muſeo Antiquit. Studior. I. 1. p. 200.: „— Eodem pleonaſmo ὡς οἷα dicitur, cuius „formulae pauca exempla attulit Baſtius in epiſto„la critica ad Boiſſonadum p. 43. conſulto, ut opi„nor, non faciens quum aliorum, tum Euſtathii „mentionem, qui haec ſaepiſſime coniungit." Saepiſſime coniungit etiam ὡς et οἷον. Ad Iliad. p. 196. 17. Baſ. ὅτι δὲ ταῦρος λέγεται ὡς οἷόν τις γαῦρος. p. 294. 23. ἄῤῥεν μὲν γὰρ θύεται ἡλίῳ, ὡς οἷον ἀνδρί. p. 399. 45. λασαύρους τοὺς πάσχοντας, ὡς οἷον λασιοταύρους. p. 613. 44. προὔχεται λόγον τινὰ, ὡς οἷον βοηθητικὸν πρόβλημα. p. 847. 41. ὀφρύες τινὲς ἐπὶ τὰ ἔσω κοιλαινόμεναι, ὡς οἷον ἠρέμα σπηλαιοειδεῖς ἢ ὀροφωταί. [Ambobus his ad-

iectivis carent Lexica: item adiectivo σπηλυγγώδης, quod legitur in Etymolog. M. c. 724. 3.] p. 836. 10. ὡς οἷον εἰπεῖν. quam formulam legas item in Epiphanio p. 17. Bafil. (Fifcher. ad Weller. I. p. 321.) Paullo rarius utitur formula ὡς οἱονεί. Ad Iliad. p. 893. 46. ὡς οἱονεὶ ἀμφίγοα. Ὡς οἷα occurrit etiam in Eufebio de Martyr. S. Pamph. p. 223. Fabric. ὡς οἷα ὑπὸ τηλικῷδε ἀνδρὶ συνησκημένος. ubi proxime praecedit locutio inter rariores referenda: σωφροσύνης δὲ ἕνεκα καὶ τρόπων πάντα καλύπτων ἐγκώμια. V. Valckenar. praefat. ad Euripid. Hippolyt. p. XIX. f. et Toup. Emendat. in Suid. T. III. p. 159. Denique occurrit fimili pleonafmo οἷον ὡς. Scholiaftes S. German. ad Homer. Il. II. v. 498. (Heyn. T. IV. p. 294.) οἷον ὡς καὶ παρὰ Κορίννῃ·

Θέσπια καλλιγένεθλε, φιλόξενε, μουσοφίλητε.

Auge hoc poëtriae fragmento Wolfii Syllogen p. 46. IX. obiterque in Lexica infer adiectivum μουσοφίλητος. Schaefer.]

Pag. 61, v. 19. Probavi Hemsterhusii coniecturam νομιζόμενος. Sed ὀνομαζόμενος defendi poteft. V. Schaeferus *ad Dionyf. Halic.* l. c. p. 142.

— 63, v. 18. Citavi verfum Homericum (Il. B, 386.), quem Phlegon fortaffe refpexit: Schaeferus (*ad Dionyf.* l. c. p. 266.) alium poëtae locum (Il. B, 380.) excitat, eiusque auctoritate motus fic corrigit:

Οὐδ' ἄρ' ἀνάβλησις κακοῦ ἔσσεται, οὐδ' ἠβαιόν.

— 67, v. 7. notae (25). Adde poft ἐπιφερόμενον: Lectio ἀμυχὰς ξεσμάτων a codice parifino quoque Nr. 2542. veteris collectionis confirmatur.

— 68, v. 10. Etym. M. Κανδύλη, βρῶμά ἐστι διὰ γάλακτος καὶ μέλιτος κατασκευαζόμενον. V. inprimis Schaeferus *ad Dionyf.* p. 167.

— 69, v. 15. Adde: Vid. de confufione litterarum μ̄ et β̄

HERINGA, *obferv. crit.* p. 204—208. et FACIUS *ad Paufaniam*, vol. I, p. 38.

Pag. 82, v. 24. Adde: Titulus catalogi Schoelliani integer hic eft: *Repertoire de littérature ancienne, ou choix d'auteurs claffiques grecs et latins etc. par Fr. Schoell.* Paris, 1808.

— 83. In priore Epigrammatis Archelai verfu HEYNIUS pronomen ταύτην non vertit. Sufpicor vertendum effe *hic.* V. SCHAEFERI *meletem. crit.* p. 77. f. [Illis nunc accedant pauca haec: Sophocles Oed. T. v. 41. ἱκετεύομέν σε πάντες οἵδε πρόςτροποι. Recte Erfurdtius: „Male Suidas in πρόςτροποι exhibet ὧδε." Epigramma adefp. CCCCLXXXI:

ὯΩδε Λίνον Θηβαῖον ἐδέξατο γαῖα θανόντα,
Μούσης Οὐρανίης υἱὸν ἐϋστεφάνου.

Pro ὧδε bene alii ἥδε. Sic etiam Codex Florentinus, unde Epigramma prodidit Bandinius Catal. Cod. Graec. Bibl. Laurent. T. II. c. 582. SCHAEFER.]

— 97, v. 10. Οὐδ' ἔστιν αὕτη στλεγγίς. Ita legendum eft; nonnulla exemplaria habent ἔστιν αυτη στλ., fpiritu et accentu fuper αὕτη inter imprimendum elaplis, quod interdum accidit.

— 106, v. 2. Vid. quoque SCHAEFERUS *meletem. crit.* P. I. p. 134.

— 108, v. 3. SCHAEFERUS *ad L. Bof. ellipf.* p. 280. fcribendum effe τὰ ἡμίσεα cenfet.

— 110, v. 11. SCHAEFERUS *ad L. Bof. ellipf.* p. 520: „Locus ille Antonini fi vitio laborat, leniffime corrigas, τοὺς μὲν ἐκείνη καρποὺς ἔφθειρε."

— — poft v. 11. addantur haec: κἀκεῖνος ἔπεμπέ τε καὶ πυρὸν καὶ ἄλλην τροφήν] Particulam τε h. l. olim habui pro pleonafmo ionico. Sed nunc affentior SCHAEFERO haec notanti (*ad Dionyf. Hal.* l. c. p. 191.): „Male me habet fedes encliticae, fufpicorque τε plane delendum effe, quippe natum ex ultima fyllaba verbi praegreffi."

Pag. 110, v. 20. Vid. inprimis Wesselingius *ad Diodor. Sic.* To. II. p. 2)8.

— 112, v. 6. Polyaen. *Strateg.* II, 1, 14. νύκτωρ δὲ..... ἔπαυσε τὴν στάσιν.

— 114. poſt v. 16. adde haec: "Α διακούσας ὁ Κραγαλεύς] Schaeferus *ad Dionyſ.* l. c. p. 124. corrigit ἃ δὴ ἀκούσας ὁ Κραγ.

— 119, v. 2. Add. Schaeferus *ad L. Boſ. ellipſ.* p. 456.

[— 125, v. 5. Leniſſime corrigas ὅπως ᾧ ἂν κ. τ. λ. Duae enim poſtremae litterae coniunctionis ὅπως eliſerunt pronomen ᾧ. Conf. Meletem. Crit. I. p. 112. ſ. Schaefer.]

— 132, v. 3. notae (28). Vid. Schaeferus, *melet. crit.* P. I, p. 51.

— 141, v. 6. Dicere oblitus ſum, vocem συνάξαντες nonniſi gloſſam eſſe verbi συννήσαντες.

— 142, v. 16. Grammatici ſubintelligendum contendunt οἱ ἄνθρωποι. Vid. L. Bos. *ellipſ.* p. 35. et *praefationem Schwebelii* p. VI. Coniecturas καλεῖν, καλῶνται et καλοῖ ἂν a Verheykio relatas facere auſi tantummodo ſunt, quia non recordabantur huius ellipſeos.

— 149, v. 12. Locus Scholiastae *Dionyſii Thracis*, quem pro inedito dedi, impreſſus iam fuit, cum Tu, Amice doctiſſime, me doceres, Baronem a Sancta Cruce (le Baron de Sainte-Croix), illuſtrem *Examinis critici de hiſtoricis Alexandri Magni veteribus* auctorem, maiorem iam partem huius loci publici iuris feciſſe, p. 864 alterius editionis egregii huius operis. Doctus ille vir codicis lectionem, μεγάλα προ τὰς χρείας mutavit in μεγάλα πρῶτας χρείας et verba ὁ γοῦν τῶ περὶ τῷ Θεοφίλῳ in ὁ γοῦν τις παρὰ τ. Θ. De verſibus Theophili haec ſentit: „*Modi eorum quaedam impedimenta obiiciunt, quae fa-*

cile removebunt HERMANNUS, WOLFIUS, *aliique artis Graecorum metricae periti etc.*" Cum ipfe mihi in litteris graecis nihil vindicem praeter earum amorem, multum abfum, ut res fuscipere velim, quae magis profpero fucceffu viros tam egregie doctos occupent. Attamen aufus fum Theophili verfus reftituere, reiectis tantummodo verbis ὑφ' ὧν. Quam maxime contentus ero, fi mei verfus probati fuerint Viro illuftri A SANCTA CRUCE et iis graecarum litterarum doctoribus, quorum et ingenium veneror et eruditionem.

Pag. 177. Non alia notitia de hoc *Πολυκίνου Μέμνονι* reperta amicum meum VILLOISONUM adii, cuius iacturam respublica litteraria in perpetuum fentiet. Nemo, certus fum, aptior fuit ad tenebras diffipandas. Sed per plures dies grammaticis graecis tum impreffis tum ineditis, verbo, omnibus auctoribus, a quibus lux quaedam de hac re iure exfpectabatur, diligenter perluftratis, locum fibi videri inexplicabilem confeffus eft. Igitur iam quidem credo relinquendam effe disquifitionem, qua fruftra occupabatur vir tam profundae eruditionis, quam *Villoifonus* fuit. Cafu forfan invenietur inter fragmenta inedita, quae continentur adhuc variis bibliothecis, locus aliquis, quo ifta commemoratio clarior evadat.

— 193, v. 14. Vox *κηπεύσιμος*, quam Hermiae reftitui, in SCHOLIASTE *Nicandri* (*ad Ther.* v. 63) quoque legitur: *τοῦ ἀβροτόνου δὲ δύο εἰσὶ τὰ γένη, τὸ μὲν κηπεύσιμον, τὸ δὲ ὀρεινόν.* Lexicographi hoc adiectivum non in medium proferunt.

— 196, (87). Ὅλως δ' *ἡγοῦνται* optime habet. Sic lexicographus ille femper loquitur, *φασὶν*, *ἀξιοῦσιν*, *ἡγοῦνται*. Subaudi *οἱ Ἀττικισταὶ*, contra quos Lexicon fcriptum eft.

— 198, v. 11 fqq. Loci ALCIPHRONIS, quos laudavi, in

memoriam vocant alium eiusdem auctoris, ubi occurrit phrasis τῶν κριθίων ὀλίγων οὐσῶν (to. II, p. 218.). WAGNERUS corrigit κριθῶν. SCHAEFERUS *ad L. Bos. ellipſ.* p. 281. legere mavult ὄντων pro οὐσῶν. Nunc perſuaſum mihi habeo, vulgatam lectionem non egere correctione. Similes phraſes leguntur in multis auctoribus. LIBANIUS, vol. IV, p. 83. θῆλυ παιδίον ἑπομένην. Ibid. p. 590. καὶ τὸ θυγάτριον ἤδη κινδυνεύουσαν εἶδον. Codex pariſienſis No. 3017. minus bene exhibet κινδυνεῦον. JULIANUS *epiſt.* 38. πολίχνιον δὲ νῦν ἐστιν ἀνειλημμένη, πάλαι δὲ μεγάλη τε ἦν. PHILOSTRATUS *Icon.* p. 781. τὰ δὲ ἐπὶ τῇ ὄχθῃ γύναια, αἳ οὕτω δένδρα κ. τ. λ. PHAVORINUS ad vocem κλυτός: Τοῖς οὐδετέροις ὀνόμασιν ἀρσενικὰ καὶ θηλυκὰ ἐπίθετα, καὶ μετοχὰς ἀρσενικάς τε καὶ θηλυκὰς ἐπιφέρουσιν, οἷον εὐφυὴς παιδίον, καὶ κόριον καλλίστη, καὶ γύναιον ἐρχομένη, καὶ μειράκιον λέγων κ. τ. λ. Diminutivum κριθίον lexicographis ignotum SCHAEFERUS iure defendit loco innixus LONGI, p. 93. *ed. Vill.*

Pag. 208. v. 11. Vocem οἷ reſtitue etiam ALCIPHRONI III, 27. καὶ τότε εἴσῃ μαθοῦσα, οἵων κακῶν σεαυτὴν ἔνδον ἔθηκας. Primum corrigo παθοῦσα, quemadmodum III, 24. παθὼν δὲ, οἷόν ἐστι γνώσεται. Deinde probo ſcripturam codicis Vindobonenſis, οἷ κακῶν (pro εἰς οἷα κακὰ) σαυτὴν ἐνέσεισας. LUCIANUS I, p. 688. εἰς οἷον βάραθρον φέρων ἐμαυτὸν ἐνσέσεικα.

— 213, v. 17. Secutus ſum SCHNEIDERUM *Griech. d. Wörterb.* v. ὑδατοπληγής, derivans dativum ὑδατοπλήγεσιν a nominativo ὑδατοπληγής. Sed, re accuratius perpenſa, intellexi hac forma fidei tam incertae facile ſuperſederi poſſe. Dativum enim ὑδατοπλήγεσιν optimo iure derives a nominativo ὑδατοπλήξ. WELLERUS *grammat.* p. 89: „Poëtae, „more ionico et aeolico, formant dativum plural.

„a nominativo plurali, addendo $\overline{\sigma\iota}$, in neutris ta„men $\bar{\alpha}$ in $\overline{\varepsilon\varsigma}$ prius mutando: ut Ἕλληνες, dat. „Ἑλλήνεσσι, pro Ἕλλησι. βήματα, βημάτεσσι pro „βήμασι. Et alterum quidem $\bar{\sigma}$ nonnumquam, me„tri cauſſa, omittitur, ut βημάτεσι.“ Opinionem noſtram tuetur ſedes accentus. Scribitur enim ὑδατοπλήγεσιν, ut βημάτεσιν, ſed non ὑδατοπληγέσιν, ut ἀληθὴς, ἀληθέσιν. — Adiectivis in $\overline{\pi\lambda\eta\xi}$ deſinentibus, quae citavi, addi poteſt κεραυνοπλήξ. Anti-Atticista SG. MS.: „Κατάχωλε· „Ἀλκαῖος Γανυμήδει. σκώπτων γὰρ Ἥφαιστον ὁ Ζεὺς „φησι·

„Κατάχωλε θᾶσσον, ἢ κεραυνοπλὴξ ἔσῃ.“

Voces κεραυνοπλὴξ et κατάχωλος deſunt in Lexicis.

Pag. 225, v. 5. Haec ratio nunc minus mihi probatur. Scilicet fugiebat me, cum illa ſcriberem, Graecos dicere etiam εἰς ἀριθμὸν pro ſimplici accuſativo. V. Schaeferus *ad Dionyſ.* (π. συνθ. ὀν. p. 160.), qui peraptum citat Sophoclis *Acriſ. fragm.* XI:

ἐκπώματ', εἰς ἀριθμὸν ἑξήκοντα δίς.

— 227. (94) Longin. π. ὕψ. II, 2. δεῖ γὰρ αὐτοῖς, ὡς κέντρου πολλάκις, οὕτω δὴ καὶ χαλινοῦ. Eximius ille Codex Pariſinus 2036. habet οὕτω δὲ, quod Longino reſtituendum eſt. V. inprimis Schaeferi Meletem. Crit. p. 59.

— 235, v. 17. Adde Villoisoni *Anecdd. Gr.* Vol. II. p. 84. ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, ὁ δεῖνα παιδεύεται ὑπὸ τοῦ δεῖνος, ὑπὸ τῷ δεῖνι λέγουσιν. [Conf. Euſebii locum in Addend. ad p. 57. citatum. Schaefer.]

— 241, v. 19. V. etiam Suidas: Ἐξαλλάξαι, ἀντὶ τοῦ τέρψαι. Μένανδρος·

— — ἄνθρωπον ἐξαλλάξομεν,
Κακόν τι σοι δώσοντα.

Kusterus de hoc loco ſic: *„an potius τρέψαι? „Certe quomodo τὸ τέρψαι voci ἐξαλλάττειν inter„pretationis loco iungi poſſit, non video.“* Falli-

tur. Significationem hanc tuetur etiam Phrynichus *eclog. att.* p. 160. ubi vid. Pauw. [Zonaras Lex. T. I. c. 767. Ἐξαλλάξαι. ἀντὶ τοῦ τέρψαι. Μένανδρος·

— ἄνθρωπον ἐξαλλάξομεν
κακόν τι σοι δώσοντα.

ubi bene Tittmannus meus: „Displicet Kustero expolitio τέρψαι, quam habet etiam Suidas, eodem Menandri loco allato. Coniicit τρέψαι. Sed perperam. Aperte Phrynichus: Ἐξαλλάξαι τὸ τέρψαι καὶ παραγαγεῖν εἰς εὐφροσύνην, — Φιλιππίδης καὶ Μένανδρος αὐτῷ χρῶνται. Vid. ibi Pauw. Similiter nos dicimus: *jemanden eine Veränderung machen.*" Schaefer.]

Pag. 244, v. 17. Valckenarius *Adon.* p. 412. scribit Φίλυτυλος; sed errorem correxit in praefat. *ad Phalar. epist.* p. XXIV.

— 247. post v. 22. insere haec: ὡς δὲ ἤδη ἐνεδίδου τὸ σῶμα διὰ μῆκος χρόνου] Schneiderus hunc locum citat in Lexico Gr. germ. v. ἐνδιδόναι et optime vertit: „*Der Körper ward weich vor Fäulniss.*" V. Reitz. *ad Lucian.* Vol. I. p. 763: „*Propria significatio est apud* Hippocratem *sect.* 2. „*aphor.* 28. *ubi* ἐνδιδόναι *dicitur* τὸ σῶμα *pro* emaciari, *vel ut nos:* inslaan, *i. e. quando expansa retrocedunt, cui oppositum* ἐπιδιδόναι, *augeri, crescere.*"

— 257, v. 7. Phrynichus Προπ. Σοφ. Ms. „Ἀπέρατον. ἐκτείνουσι τὸ ᾱ δὲ καὶ ἀπέραντον μετὰ τοῦ ν." Pro δὲ legendum ἔστι.

INDEX

AVCTORVM LAVDATORVM, EMENDATORVM VEL EXPLICATORVM.

Numeri paginam indicant.

A.

Achilles Tatius, 156, 176, 267.

Aelianus, N. A. emendatus secundum codicem Vaticani egregium, vel explicatus, 12, 13, 36, 57, 109, 126, 134, 144, 166, 170, 177, 186, 195, 210, 230, 235, 237, 243, 249.

Agatharchides, laudatus a scholiaste cod. Clementis Alexandrini, 134.

Alcaeus, laudatus ab Apollonio Dyscolo, 93. ab Anti-atticista SG. MS., 283.

Alciphron, emendatus vel explicatus, 57, 104, 130, 135, 151, 159, 164, 170, 178, 181, 194, 198, 200, 205, 208, 210, 218, 235, 243, 244, 265, 282 bis.

— — Disquisitio de epistola XXVII. libr. III. secundum textum Wagneri, 164, 165.

— — Fragmenta, 223, emendata, 135, 186, 272.

— — Fragmenta inedita, 223, 259.

-- Versio francogallica, 182.

Alexis, *comicus*, explicatus, 195.

Ammianus Marcellinus, emendatus, 169.

Anaxandrides, fragmentum ineditum Thesei, 241.

Anecdota Graeca, *Siebenkeesii*, 167.

— — *Villoisoni*, emendata, 66, 116, 267.

Anonymus, vid. *Lexica* et *Periplus*.

— — *de incredibilibus* (in Galei *opusc. mythol.*) emendatus, 170.

— — libellus manuscriptus περὶ αὐθυποτάκτων καὶ ἀνυποτάκτων, 128.

— — auctor dialogi inediti, Τιμαρίων inscripti, 184.

Anti-atticista SG. MS., 283.

Antigonus Carystius. Codex commemoratus, 80.

— — emendatus secundum codicem a pag. 80 usque ad p. 95. V. etiam p. 26 et 123.

Antoninus Liberalis, emendatus et explicatus a pag. 99 usque ad p. 204.

Apollodorus, 40, 134.

Apollonius, *lex. Hom.*, explicatus, 132, 222, 262.

Apollonius (Dyscolus), *historiae mirabiles*. Codicis commemoratio, 73.

— — Emendatus, duce codice, 73 – 80.

Apollonius Dyscolus, cod. περὶ ἀντωνυμίας 268. et excerpta huius operis edita a *Sturzio*, correcta, 93, 147, 187.

— — cod. *περὶ ἐπιῤῥημάτων*, 16, 239, 277.
— — cod. *περὶ συνδέσμων*, 201.
— — *ἐν παρωνύμοις*, fragment. emendatum, 121.
Apostolius, vid. Michael.
Appianus, 177.
Aristaenetus, emendatus ad exemplum codicis viennenfis, explicatusve, 113, 124, 135, 137, 143, 151, 152, 156, 166, 185, 219, 239, 249.
— — Imitatur Alciphronem, 259. Apollonium Rhodium, 264. Platonem, 135, 152, 263.
— — Disquifitio critica fuper editione Polyzois Kontou, 251 — 269.
— — Epiftola inedita detecta a Polyzoe Kontou, 270 et 271.
— Notae Huetii in hunc auctorem manufcriptae, 260, 266.
— — Prima verfio francogallica, 258.
Aristides, emendatus, 61, 84, 103, 123, 187.
Aristophanes, fragmentum emendatum, 97.
Arrianus, *Periplus maris Erythraei.* Codex commemoratus, 42.
— — *Periplus Ponti Euxini.* Codex commemoratus, 35.
— — Emendatus fecundum codicem, 36 — 41.
— — Explicatus, 12, 108.
— — *De venatione.* Codicis commemoratio, 34.
— — Emendatus, fecundum codicem, 34, 82, 93, 105, 178, 227.
Artemidorus, emendatus, 137. explicatus, 267.

B.

Brutus, *epiftolae.* Codex commemoratus, 97.

C.

Callistratus, emendatus, 48, 255, 260.
Cedrenus, 46.
Chariton, 174, 211, 219, 220.
Chion, 143, 156, 244.
Choricius, in *Villoifoni anecdotis graecis*, emendatus, 65, 116.
— — in Fabricii biblioth. graec., emendatus, 238.
Clemens Alexandrinus, 67, 227.
— — Scholiaftes ineditus huius auctoris. Vid. Scholiastes.
Conon, 49, 184.
Constantinus Porphyrogenneta, *de admin. Imp.*, emendatus, 121.
Cornutus, *de nat. deorum*, defenfus, 43. emendatus, 116.

D.

Damascius, cod. (*ἀπορίαι καὶ λύσεις περὶ τῶν πρώτων ἀρχῶν*), 152.
Dionysius Thrax. Commentator ineditus huius grammatici, 147 — 149, 195. Alius commentator, emendatus, 267.
Diogenes, *epiftolae.* Codex commemoratus, 97.
Diogenes Laertius, 241, 245.
Diogenianus, emendatus, 49, 257, 266.
Dio Chrysostomus, 226, 232, 248.
Dioscorides, emendatus, 107.

E.

Epigrammata *inedita*, 135, 150, 250.
Eudocia, emendata, 18, 23, 119, 161.
Eunapius, emendatus, 64, 138, 255.
Eusebius, 219.
Eustathius *in Dionyf. Perieg.* (in Schneideri *anal. crit.*), emendatus, 215, 257.

H.

Hanno, *Periplus Libyae.* Codex laudatus, 42.
Harpocration, emendatus, 37, 92, 107, 132, 133, 176.
Heliodorus, 184, 214, 222, 264.
Heraclides, *alleg. Hom.*, emendatus, 109, 198, 234.
Heraclitus, *de incredibilibus*, emendatus, 241.
Herennius Philo, emendatus, 208.
Hermias, *commentarius mfptus in Platonis Phaedrum*, 193.

Herodotus, 15.
Hesychius, emendatus, 85, 123, 126, 158, 164. 202.
Hesychius Illustris, *de origine Constantinopolis.* Codex laudatus, 51.
— — Emendatus secundum codicem, 51 — 59.
Himerius, 51.
Hippocrates, *epistolae.* Codex laudatus, 96. emendatus, 53.
— — *Epistola inedita ad Ptolemaeum.* Codex, in quo occurrit, indicatus, 96.
Horatius, defensus, 245.
Horapollon, emendatus, 83.

J.

Joannes Scholasticus, cod., 177.
Julianus, emendatus, 212, 227.

L.

Leo Diaconus, cod., 40.
Lexicon anonymi cuiusdam auctoris, editum ab Hermanno (vid. de hoc lexico *Catalogum recensentem* Schoellii, part. VII, p. 414 sq.) emendatum, 105, 118, 152, 241.
— — anonymi cuiusdam περὶ πνευμάτων, editum a Valckenario, emendatum, 121, 162.
Lexica inedita, laudata vel explicata:
1. Lexicon No. 177 bibliothecae St. Germani, 39, 131, 134, 233, 240, 244, 266. Noto hic, primum locorum laudatorum ex parte legi in Etymol. M. ad vocem καταείσατο.
— — Singula de hoc lexico, 39.
2. Lexicon St. Germani inscriptum ἄλλος ἀλφάβητος, 133, 150, 185, 190, 196, 197, 241. *)
3. Lexicon St. Germani περὶ συντάξεως, 177. 178.
4. Lexicon rhetoricum St. Germani, 159.
5. Lexicon rhetorico-sophisticum St. Germani, 21, 92, 160, 189.
6. Lexicon Pseudo-Herodiani (No. 2543 bibliothecae parisinae) inscriptum ἐπιμερισμοὶ, 22, 30, 59, 72, 128, 160, 217, 232.
7. Lexicon Photii, 158, 159.
8. Προπαρασκευὴ Σοφιστικὴ Phrynichi, 93, 122, 131, 137, 150, 154, 155 bis, 156, 183, 207, 209, 210, 211, 215, 219, 225, 230, 262 bis, 284.
9 Proverbiorum collectio, exhibita a codice No. 1773 bibliothecae parisiensis, 90, 158, 165. 243, 266.
Libanius, emendatus, defensus vel explicatus, 13, 15, 62, 63, 79, 81 bis, 84. 105, 115, 124, 136, 144, 146, 152, 166, 167, 177, 190, 201, 212, 216, 235, 243, 247, 262, 266, 282.
Longinus, 283.
Longus, 67, 199, 201.
— — Notae manuscriptae in hunc auctorem, auct. Brunckio, 67, 150.
Lucianus, *amores*, 267.
— — *Bacchus*, 199.
— — *De saltatione*, 227.
— — *De exercitatione corporis*, 156.
— — *Dialogi meretricii*, 134, 164, 246, 248.

*) Quae sub numeris 2, 3, 4, 5 et 8 recitata sunt, inveniuntur in codice No. 345 bibliothecae St. Germani. Idem continet lexica Apollonii *ad Homerum*, Timaei *ad Platonem*, *Herodoti*, et Scholiasten *Luciani*, quem laudavi p. 107 et 224. Quorum omnium fere lexicorum Ruhnkenio apographa erant. Numero secundum indicat sub nomine *Grammatici Sangermanensis.* Hoc opus atque Phrynichus omnium maxime memorabiles sunt, quos, ut primum me totum litteris veteribus dare potero, edendi subii consilium.

Lucianus, *Dialogi deorum*, 115.
— — *Dialogi mortuorum*, 197.
— — *Hiſtoria vera*, 141.
— — *Navig.*, 57.
— — *Piſc. ſ. reſuſcitati*, 179.
Lysias, 261.

M.

Maximus Planudes, περὶ μεταβατικῶν τε καὶ ἀμεταβάτων, emendatus, 82.
Menander *comicus*, 195, 241.
Menander *rhetor*, tentatus, 24.
Michael Apostolius, emendatus, 134, 203, 249.
— — Codex laudatus, qui ab auctore ipſo conſcriptus eſt, 249.
Moschopulus, emendatus, 118.

N.

Nemesius, *de nat. hom.*, 144, 152, 155.
Nicolaus Sophista, cod., auctor collectorum διηγημάτων, 212.

P.

Parthenius, emendatus et explicatus, p. 204—251.
Pausanias, 248.
Periplus *Ponti Euxini et Paludis Maeotidis, auctore anonymo* (*Geogr. min.* vol. I.), codex laudatus, 3.
— — Emendatus, duce codice, 12—34.
— — Auctor transſcribit Arrianum, 12, 28, 32.
— — Hoc fragmentum exhibet citationes Scymni Chii, tum τῆς περιηγήσεως ab Hoeschelio editae, tum fragmentorum ab Holstenio collectorum, 4 ſqq.
— — Notae manuſcriptae Huetii in hoc opus, 28, 29, 30.
Periplus *Ponti Euxini, auctore alio anonymo* (*Geogr. min.* vol. III), continens fragmenta Scymni Chii, 8 ſq.
